Quod DEus benè vertat
INAUGURALIS DISSERTATIO
DE
JURAMENTO CALUMNIÆ,

Quam
Decreto, & Auctoritate Magnifici, Nobiliſsimiq; JCtorum Ordinis, in inclutâ Salanâ,
SUB PRÆSIDIO
Magnifici, Nobiliſſimi, Ampliſſimi atque JCtiſſimi
DN. PETRI THEODORICI,
JCTI nominatisſimi, Hæreditarii in Gros Löwichaw/ Conſiliarii Saxonici, Prof. Publ. & Scabinatus Ordinarii meritiſſimi, Dicaſterii itidem Provincialis Adſeſſoris Primarii, &c. Dn, Præceptoris ac Promotoris ſui ætatem venerandi,
pro
LICENTIA
nobilem Doctoræ gradum, ejusdemq; ſummos Honores, Privilegia & Inſignia in Utroq; Jure ritè ac competenter conſequendi,
Publicæ Cenſuræ ſubmittit
JOHANNES KRULL, HALLENSIS SAXO.
In Auditorio JCtorum
Ad diem Decembris.

JENÆ
Typis ERNESTI STEINMANNI,
Anno M DC XXXIX.

QUi Studii Themiſtici difficultatem, Amplitudinem ſummamq; prolixitatem it inficias, Eum certè in Jure peregrinum & Hoſpitem eſſe oportet. Eſſe enim illud difficile, ignorare nemo poteſt, niſi cui Librorum Legalium immodica moles, & infinita Commentariorum congeries ignota ſit. Uldaric. Zaſ. *in præfat. Lectur. ſuis præmiſſ. part. 1. w. n. 1.* Unde dicit Wilhelm Anton. de Freundeberg *de Reſcript. Morat. in proœm. n. 9.* Maxima & incomparabilis Juris ſcientiæ difficultas & moles eſt, non tantum multorum Camelorum oneri exæquanda, ſed cui ferundæ etiam Elephanti ab India vix pares & ſufficientes eſſe queant. Amplitudo Ipſiusq; prolixitas tanta hercle eſt, ut quis ob vitæ brevitatem. Hippocrat. *in Aphoriſ.* Salluſt. *lib. 1. de Bell. Catil.* Cic. *Tuſcul. 1.* illius cognitione accuratâ & totali imbui vix poſſit. Quod cum certo certius & extra omnem dubietatis aleam poſitum eſſe deprehendamus, ſtudiis ſuis cumprimis conſulunt Illi, quibus quotidiè ob oculos poſitum eſt Pauli JCti conſilium, quod legitur *in l. legavi. 25. ff. de Librrat. legat.* Scilicet, ut ex omnibus Juris partibus ſeligamus tractemusvè ea quotidiè, quæ quotidiana ſunt & in vitâ communi uſum obtinent præcipuum. Cum itaque JURAMENTI CALUMNIÆ materies in uſu Forenſi, Praxique hodiernâ etiamnum maximum mereatur calculum, atque Practicabilis, quotidiana & utiliſſima adpellari valeat. Digniſſima hinc eſt, ut diligenter examinetur, & quoad fieri

poſſit bene probeque cognoſcatur. Quod ut eo meliùs commodiusvè præſtari valeat, operæ pretium eſſe exiſtumo, ſi Helicen mihi certam proponam, cujus ductu & adminiculo ritè & juxta ordinem omnia expediantur. Scire quippe quid facias & neſcire quo ordine, cognitionis imperfectæ eſt, ut poſt D. Ambroſ. Bl. *in proœm. ff.* refert. Et neglecto inſuperque habito ordine nonne ſubſequitur confuſio, omnisque vitiatur actus? *gl. in N. 1. §. 1. verb. confuſum.* Cardin. Tuſch. *in verb. Ordo. concluſ. 197.* Jacob. Bornit. *de Inſtrum. ſeu Docum. Liter. lib. 1. c. 13.* Neviz. *in ſylv. nupt. circ. pr. n. 9. & n. 11.* Ideoq; ne modo præpoſtero & inverſo calamum meum per hancce materiam, quam ſub Diſputationis incudem hâc vice revocare placuit, ſtringere videar, ita faxo, ut 1. Originem, cuinam Juri adſcribendum Calumniæ Juramentum ſit, proponam. 2. Homonymiam ſignificem. 3. Definitionem Ipſam indicem. 4. Diviſionem indigitem. 5. Perſonas hocce Juramentum præſtare valentes, & ab hujus præſtatione exceptas explanem. 6. Cauſas, in quibus locus ſit huic Jurameuto, quæque excipiantur, referam. 7. Formam Ipſam perſtringam. 8. Finem aperiam. 9. Effectus tangam, & denique Adfinia & Contraria adferam. Quocirca Bono cum Deo progredior ad

THESIN I.

INitium Diſputationis hujus facturus, neceſſariò prius Materia hæc ab Origine & Initio tractanda erit, ne initiis omiſſis & origine non repetitâ, illotis, ut ita dixerim, manibus hujus rei tractationem attrectem. Cajus *in l. 1. ff. de O. J.* Eſt quippe origo in quibuslibet rebus & factis principaliter intuenda. *l. ſi Procuratorem. 8. ff. mand. l. ſi id quod quis. 58. §. ſi filiusfam. 2. ff. pro ſoc.* Marq. Freher. *in tr. de fam. publ. lib. 1. c. 3.* Nam ſine origine ſua judicatur perfectum eſſe nihil. *l. cū au-*

aurum. 18. §. infecti. 11. ff. de aur. & arg. legat. Hinc quæſtio talis formari poteſt, Utrinam Juri Juramentum hoc adſcribi debeat? In reſolutione hujus quæſtionis, quam difficilem vocat Anton. Del Re Tiburtin. *in tr. de Juram. Calum. c. 3.* nõ erimus prolixi. Menoch. *A. J. Q. lib. 1. q. 20. n. 2.* Weſenb. *in π. C. de Jurej. prop. calum. præſt.* Juri Divino & Gentium adſcribunt, quod ſuo & ſano modo diffiteri non poſſumus. Interim dicimus, quia ab Imperat. noſtro Sacratiſſimo Juſtinian. certã ſolemnitate donatum arg. eorũ, quæ ſuppeditat Gœd. *in tr. de contrab. & commit. ſtip. c. 2. n 21.* plenius explicatum, adeoque auctoritate Imperatoriã munitum & quaſi vallatum eſt, prout conſtat ex *l. 1. & l. 2. C. de Jurej. prop. calum. N. 49. c. fin.* Obrecht. *de Juram. Calum. c. 3. n 13.* Concludimus hujus Juramenti originem Juri noſtro Civili adcepto ferendam eſſe. *arg. Conſt. de ff. concept. §. ſed neq; verſ.* omnia enim noſtra facimus, quia ex nobis omnis eis impertietur auctoritas. Hillig. *ad Don. 24. Com. 3. L. E.*

2. Antequam ad Definitionem Ipſam adceſſum faciamus, quam variè Calumniæ vocabulum adcipi ſoleat, indicaturi ſumus, ut ſciatur, quî heic uſurpetur. Cũ enim æquivoca inutiles ſoleant parere difficultates, ſecund. Garaſ. *l. 1. rer. natur. c. 16.* Anton. Hering *de Molend. q. 3. n. 3.* nec definiri queant. Panormit. *in rubr. extr. de Judic.* Ripa *de Peſte n. 1.* Bl. ad *l. ne quicquam. ff. de offic. Procoſ.* æquum proficuumque eſt, ad nominum rerumque confuſionem evitandam. *l. nemo. 5. C. de legit. tut.* explicare ambiguum, quo quid dicere velimus pateſcat. Cagnol. & Sturc. *ad l. 9. ff. de R. J.* Sumitur autem vocabulum hoc pro malitioſã Juris interpretatione & fraudibus, quas Litigium exercentes in Judicio uſurpare ſolent, à Ciceron. Eloquii flumine & Parente *1. off.* quo ſenſu etiam in Jure noſtro adcipitur, prout conſtat *ex l. ad exhibendum. 9. ff. ad exhibend.* Interdum idem eſt atque Adcuſatio, quod patet *ex l. ſancimus. 22. C. de pœn. ibiq; gl. Lit. Z.* Hæ tamen aliæque innumeræ ſignificationes, quæ paſſim vel in Legibus vel apud Auctores occurrere poterant, Inſtituto noſtro ineptæ ſunt. Illam unicam ſaltim perſequimur, & heic Loci, Calumniam eſſe dicimus, cum ex certã aliquã ſcientia, ſpiritu

 pro-

proæretico & dolo adcedente injuſtam actionem vel intentat quis, vel rectè intentatam impugnat, quo in ſenſu quoq; ſumitur *in l. 1. §. per calumniam. 2. in pr. C. de Jurej. propr. calum.* Setſer. *lib. 3. c. 1. de Juram. n. 3.* Ilic. Umm. *D. ad Proceſſ. Judic. 12. th. 7.* Schneidvv. *ad §. 1. I. de pœn. tem. Litig.* Eſt enim calumnia, cum quis ex certâ ſcientiâ injuſtè agit vel reſiſtit. *l. 1. §. calumniari. 2. ff. ad SCt. Turpill.* Socin. *in rub. de Juram. Calum. n. 1.* Sichard. *ad pr. tit. C. h. t. n. 4.* & quando per fraudem quis alios Litibus divexat. Vallenſ. *in 2. Decretal. tit. de Juram. Calum. §. 1. n. 2.*

3. Ipſam quod attinet Definitionem, ut omnis Juris Materiæ varia eſſe ſolet, ſic & hujus apud Juris Auctores diverſam traditam nobis eſſe comperimur. Inter cæteras autem Illa mihi non inconveniens eſſe videtur, quæ hunc in modum proponi ſolet. Calumniæ Juramentum, quod Germanis Eydt vor Geſehrde vocatur, eſt religioſa adſertio, qua utraque Litigantium pars adſtruit, ſe bonâ fide cauſam proſecuturam.

4. Quæ definitio modò propoſita, quoad noſtrum inſtitutum ſatis bona eſt, cum Juramenti Calumniæ naturã, prout tralatitium eſt, ſatis ſuperque deſcribat, nec alii Rei, quam ſoli definito Juramento nimirum Calumniæ competat, ſicque cum ſuo definito convertatur. Habet inſuper ſuum Genus, nec fine etiam deſtituitur, quem in eo conſpicari poſſumus, ut quilibet cauſam bonâ fide proſequi, hoc eſt, bonâ conſcientia ad Litigandum adcedere debeat, fretus bonitate cauſæ, quam ſibi imaginatur. *l. cum & Judices. 2. C. de jurej. propt. calum. §. 1. verſ. item Actoris. I. de pœn. tem Litig.* Sufficit namque ſi credat ſaltim cauſam ſuam eſſe bonam. Juramentum quippe hoc non eſt veritatis, ſed credulitatis, æſtimationis & opinionis. Ludovic. Bebio *in Erotem. Dialect. ad Inſt. Imper. tit. de pœn. tem. Litig.* Jul. Pac. *in Iſagogic. ad tit. ff. de Jurej. n. 3.* Vallenſ. *in 2 Decret. ad tit. de Juram. Calum. § 1. n. 4.* Setſer. *lib. 3. de Juram. c. 1. n. 6.* Br. *in l. in iſto Juramento. C. h. t. n. 3.* Unde quod quis credit & exiſtimat jurari hic poteſt. Tialling. ab Eyſſingha *ad tit. I. de pœn. tem. Litig. ad §. Ecce. 1.* Thoming. *deciſ. 46. n. 16.* Illud enim quod quis credit, ſcire di-

ci-

citur. Nam ſcire eſt vehementer opinari. Br. *ad d. l. in iſto Juramento.* Hinc Calumniæ animo agere vel defendere heic dicitur, qui ex certâ ſcientiâ & dolo malo injuſtè agit aut excipit. *arg. l. 1. §. 2. ff. ſi mulier ventr. nom.* Jodoc. Damhoud. *in tr. rer. Cr. c. 128. n 3.*

5. Dividitur verò Juramentum Calumniæ in Generale & Speciale. Hœn. *D. 23. ad Inſt. Controv. 14.* Harp. *D. ad Proceſſ. 3. th. 36. & ad §. 1. J. de pœn. Tem. Litig.* Weſenb. *in* π. *C. h. t. n. 4.* Berlich. *p. 1. Concl. Pr. 31. n. 2.*

6. Generale vocant illud, quod tam ab Actore, quam à Reo in totâ causâ & negotiô præſtatur, quo in Litis auſpicio juratur, nihil in toto Negotiô & Litigio calumniæ cauſa factitatum iri. *A. Hoc ſacramentum. C. eod. N. 49. c. 3.* Harpr. *ad d §. 1. I. de pœn. tem. Litig. & D. 3. ad Proceſſ. th. 37.* Anton. Del Re Tiburtin. *de Juram. Calum. c. 1.*

7. Speciale dicunt illud (quod etiam Particulare adpellant. Berlich. *Concl. 3. part. 1. c. 31. n. 1, & alii*) quod non ſemel tantum, ſed quotiens Judici æquum viſum fuerit, tam ante quam poſt Litis Conteſtationem Juramento generali præſtitô vel non præſtitô etiam ab Invitis Litigantibus exigitur. Geil. *1. O. 87. n. 3.* Arnold. Reyg. *D. 5. ad Proceſſ. th. 7.* idque propter *c. 2. de Juram. Calum. in 6.* Et hoc quidem olim in ſingulis Judicii partibus præſtandum erat. *l. 1. C. eod.* Weſ *in* π. *C. eod. n. 4.* Durandus (quem ob acutiſſimum Ingenium Speculatoris nomen obtinuiſſe refert Heinric. Breulæ. *de Milit. Polit. & Togat. c. 1.*) *de Juram. Calum. §. nunc dicam.* Hodiè verò Jure Civili Juramentum hoc, quod Speciale ſeu Particulare vocari diximus non exigitur, ſed ſufficiens id eſt, quod generale dicitur. *N. 49. § 1. in fin. c. 3. A. Hoc Juramentum. C. h. t.* Weſenb. *in ſupplem. ad* Schneidvv. *I. de pœn. Tem. Litig. n. 4. in pr.* Hunn. *ad Tr. vol. 1. D. 21. th. 3. q. 10.* Berlich. *part. 1. Concluſ. pr. 21. n. 3.* Schütz *in Synop. Judic. th. 45. in pr.* propterea ne tam ſæpies in una cauſa jurare neceſſum ſit. *d. N. 49. & d. A. in iſto Jure.* Reperiri tamen caſus quosdam ait Carpr., in quibus etiamnum poſt novam illam Conſtitutionem editam, Juramentum hoc Calumniæ Speciale præſtari oportet quos cum in Jprud. Ipſius Forenſ. *part. 1. Conſtit. 12. defin. 20*

n.

n.6. & 7. videre liceat, ad eandem me remiſiſſe jam ſufficiat. Jure Saxonico diverſum conſtitutum eſſe videmus. Nam hoc Jure Generale illud Calumniæ Juramentum abolitum eſt, tantumque Speciale exigitur. *gl.* LandR. *lib. 3. art. 88. ſup. verbo:* Den ſol er ſelber hernach ſchweren. *n 3 in fin. verſ.* Mercke aber / daß der gemeine Eyd vor Geſehrde nach SachſenRecht nicht ſtatt hat / noch in Ubung iſt. *gl. Latin. ad text. Germ. in* LandR. *lib. 1. art. 63. L G. & gl. in* LehnR. *c. 68.* §. Fraget der Herr aber *in med. n. 19.* Rauchb. *part. 1. q. 10. n. 3.* Coler. *deciſ. 117. n. 10. & ſeqq.* Weſ. *in π. ff. de Jurej. n. 9.* Fachſ. *diff. 47.* Georg. à Rotſchütz *in Proceſſ. Jur. part. 1 art. 14. n. 5.* quod licet ratione carere adſerat Henning. Gœd. in *proceſſ Judic. rubr. 13. part. 1. n. 11. & ſeqq.* hancque Originalem gloſſam Diabolicam nominet, in praxi tamen uſuque forenſi gl. opinio hæc propter rationes quas adducit Carpz. *in Pr. Forenſ. ad d. Conſt. 12. defin. 21.* obſervatur, prout teſtatur Dn. D. Arum. *p. m. lib. 2. Deciſ. 11. n. 52.* Weſenb. *in π. C. h. t. n. 4.* Schneidew. *ad tit. I. de pœn. tem. Litig. n. 4. poſt pr.* Reinhard. *part. 4. different. 7.* quod etiam Sereniſſ. Saxoniæ Ducis Electoris Johannis Georgii noviſſimæ Conſtitutionis prompto favore firmatur. *tit. 33.* von dem Eyd Malitiæ. Excipiuntur tamen caſus quidam, in quibus etiam nunc hodiè in Saxonum Foro Calumniæ Juramentum Generale locum habet, quos recenſet Berlich. *in Concluſ. Pr. concl 31. part. 1. n. 5.* ad quam brevitatis Amore & Studio me remitto.

8. Ordinis noſtri propoſiti ratio exigere videtur, ut perſonas, quæ Juramenti hujus præſtationem ſubire coguntur, indicemus. Et regulariter quidem perſonæ, quæ in Judicio Litigium exercendi cauſa verſantur, ad illius præſtationem adſtringuntur. Cum autem in quolibet Judicio, Tres Perſonæ neceſſariò requirantur, Judex ſcilicet, qui cauſæ diſceptandæ præſidet. Vult. *ad pr. l. de act. n. 26.* atque Dux & Imperator Judicii à Bl. *in rubr. C. ſi non à compet. Jud.* vocatur, & duæ litem moventes partes, Actor & Reus *c. Forus. 10. extr. de V. S.* Dn. D. Ortholph. Foman. *p. m. D. 36. Inſt. Imperial. in Continuat.* Hunn. *in reſol. Jurid. Præjud. quæſt. reſp. ad arg. 10.* Libor. Hoffman *in Colleg. π. D. 13. th. 4* Bernhard. Suthold. *Diſſ.*

19

19. ad Inſt. tb. 33. Carol. Molin. *ad tit. C. de Judic.* Muſcat. *in Pr. Civ. p. 2. gl. competentes. n. 6.* præmitti nec præpoſterè quæri poſſe exiſtumo. An etiam Judex Calumniæ Juramentum præſtare cogatur? Et Dd. quidam, qui hujus quæſtionis deciſionem à more veteri repetunt, omninò Ipſum teneri dicunt. Non enim aliter Judicis & Judicandi munere defungi potuit, quam cum juratò promiſiſſet, ſeſe cum veritate Legumque obſervatione & candidè Judicium ſubiturum, quod colligunt *ex l. 2. C. h. t. ibiq;* Cyn. *n. 1.* Cic. *pro Roſc. aliisq; paſſim Oration.* Jacob. Ræyard. *5. Varior. 8.* Anton. Del Re Tiburt. *de Jur. Calum. c. 15. n 19.* Idque L. Agrariâ Saturninum caviſſe ſcribit Auguſtin. *de LL. c. 15.* Ut ut verò ſit morem hodiernum & uſitatum ſi penitiùs contemplati fuerimus, dicendum eſt, Ipſum Judicem ad præſtationem hujus nullo modo eſſe obſtrictum. Quippe cum initio aditi officii & dignitatis ingreſſu præſtare Juramentum cogatur, neceſſum non eſt, ut per ſingulas cauſas novo Juramenti vinculo conſtringatur. *A. Hodiè.* C *de Judic. N. 8. N. 15. c. 1. §. 1. N. 29. c. 3. in pr. N. 86. c. 3. N. 102. in præfat.* Br. *ad l. 2. C. h. t. n. 10.* Panorm. *in c. inhærentes. n. 4. verſ. not. quartò. de Juram. Calum.* Cum enim facilitas temeritasque jurandi viam perjuriis aperire dicatur. Rittershuſ. *in partit. Feud. lib. 2. c. 9. q. 9.* tam ſæpies jurare neceſſum non eſt. *A. in iſto. C. h. t. N. 49. c. pen. & ult.* cum ſuperfluo Juramento nemo onerandus. *c. ſicut conſuetudo 2. de probat.* Specul. *de Teſtib. §. 1. n. 41.* ſed eo tanquam pharmaco & condimento parcius utendum ſit Idem Rittersh. *lib 1. c. 9. n. 27* Et propterea etiam, quia ceſſat in Judicibus Calumniæ ſuſpicio, nec contra Ipſos militat præſumptio, quod in via calumniantium ambulaturi ſint. Bl. *in l. 1. C. h. t. n. 2.* Ant. Del Re Tiburt. *d. Tr. c. 15. n. 25.* Carpz. *in Pr. rer. Cr. part. 3. q 116. n. 72.* præſtito quippe Juramento præſumptio eſt pro Judicibus, quod non ſint immemores ſuæ ſalutis. Fr. Marc. *tom. 1. deciſ. Parlam. Delphin. q. 682. n. 1.* Illud tamen notandum obiter eſt, omnes Judices ſive Majores ſive Minores ſint, in officii ſui ingreſſu jurare debere, quod ſecundum LL. dictamen, normam & formam Juriſq; præſcriptum omnia dijudicare velint. *l. rem non novam. 14. C. de Judic. N. 69. c. 3. in fin. d. N. 86. c. 3.*

B Alt-

Althuſ. *in Dicæolog. lib.3. c.5. n.34.* quod in tantum procedere exiſtumamus, ut nec ſtatuto vel conſvetudine introduci valeat, qua Juramenti hujus fiat remiſſio Judicibus Nicol. Vigel. *in method. Jur. Controv. c.8.n.40.* propterea quod delinquendi materiam præberet, qualem conſvetudinem non valere ait Roch. de Curt. *in repetit. c. fin. de conſvetud. col.13.* Mynſ. *2.O. 76.* Moller. *ad N. Elect. Sax. 32. part 1.n.15.* Setſer. *lib. 3. de Juram. c.3.n.3.* Tr. *vol.1. D 5. th.6. L.B.* Nicol. de Paſſerib. *in tr. de Script. priv. lib.4. q.1.n 75.* Eum verò Judicem, qui ex Arbitrio Judicium ſuſcipit, jurare non cogi, ſcribit Menoch. *1. A J. Q. 58.* Covar. *2. V. R. 13. n.3.*

9. Tenentur itaq; Litigantes Principales, qui Litis fluctibus ſeſe committunt, hoc præſtare. *l. cum & Judices. 2. §. ſed quia. 4. C. h. t.* Johan de Deo *in Pr.*, quæ vocatur doctrina Dd. quam allegat Fr. Curt. *in tr. de poſit. rubr. de Juram. Calum. poſit. n.1.* Ut eſt Actor §. *Item Actoris. I. de pen tem. Litig.* ibique Dd. Et Fugiens. *d l.2. §.4. C. h. t. §. ecce. Inſt. d. tit. N.50. in fin.* Joh. Bapt. Nicol. *in reg. Jur. Civ. & Pontif. lib.9.* Gilhauſ. *in arb. judic. c.5. n.7. & 8. ram. 8.* Hi namque principales perſonæ vocantur, ſi videlicet ſuo & proprio nomine inſtituunt Litigiū. *per l.2. ibiq; Bl. n.1. C. h. t. & in A. principales. n. 1. c. in pertractandis. 3. extr. de Juram. Calum.* ibiq; gl. Anton. Del Re Tiburt. *in d. tr. c.15. n.3.* Vultej *ad pr. I. de pæn. tem. Litig. n.9.* modò tamen legitimam habeant perſonam comparendi & ſtandi in Judicio. *arg. t. t. C. qui legit. perſ.*

10. An autem præcisè neceſſum ſit, ut Ipſæ partes Principales hocce Juramentum præſtent, an verò ſufficiat, ſi id per Procuratorem expediatur? Nos putamus non referre an Juramentum illud præſtent Litigantes in propriâ perſonâ an per Procuratorem. Etenim pro regula traditur omne Juramentum per Procuratorem expediri poſſe. Joh. Bapt. Aſin. *in tr. de excuſat. §.9. c.2.* quod etiam in ſpecie de Calumniæ Juramento cautum eſſe Juris Canonici textus expreſſus confirmat *in c. cum cauſam. 6. & c. ſeq. extr. de Iuram. Calum.* Vallenſ. *in dd. π. Decret. §. 2. d. t. n.2.* Quod etiam in Ipſo Cameræ Judicio obſervari tradit. Petr. Heig. *ad tit. I. de pæn. tem. Litig. n.13.* Geil. *1. O. 83. n.2.* Hoc tamen ita demum verum

eſt,

eſt,ſi Procurator ſpeciali munitus ſit mandato, quod Juramentum illud præſtare debeat, daß er ein beſonder Gewalt und Befehlich habe/ *per text. in c.ult. & ibi Dd. de Juram. Calum.* Roman. *ſing. 8. incipit An Juramentum Teſtis.* M. Nepos *lib. de Except. Reor. t. 7.* Wurmſ. *lib. 1. Pr. Forenſ. t. 14. O. 1. n. 1.* Johann. Bapt. Vivian. *in rational. Jur. Pontif. ad c. 3. de Juram. Calum. in 6.* Coler. *deciſ. 115. n. 2.* Jaſ. *ad §. Item ſi qui poſtulante. I. de act.* Id enim omninò neceſſarium eſt. Vaſq. *Illuſt. quæſt. n. 19. propt. text. in c. fin. de Jur. Cal. in 6.* Heinric. Breulæ. *de Milit. Polit. part. 1. de Procur.. n. 36.* Vallenſ. *in dd. n. Decret. §. 2. d. t. n. 2.* Et non ſolum tale mandatum debet eſſe ſpeciale, ſed ſpecialiſſimum. Del Re Tiburtin. *de Juram. Calum. c. 16. n. 7.* Br. *in l. 2. §. ſin autem. C. h. t. n. 3.* Quod tamen ita ſtrictè in Camerali Judicio non obſervatur; ſufficit enim ibi, ſi in mandato Procuratorio mentio duntaxat injiciatur de præſtando Calumniæ Juramento, quatenus opus ſit, quamvis cauſæ, in qua præſtandum illud veniat, non fiat expreſſio. Illo namq; Jure admittūtur generalia mandata ad præſentes & futuras cauſas, quæ mandata cum ſignaturâ vocantur. Geil. *1. O. 83. n. 3.* Johan. Ruding *2. O 74. n. 3.* Schwanman. *in Proceſſ. Camer. lib. 1. c. 48. n. 23.* Et ejusmodi Juramenta toto die in Imperiali Camerâ à Procuratoribus in Domini animam præſtari dicit Geil. *d. O. 83. n. 2.* Ordin. Imper. Cam. *part. 1. tit. 65. ibi:* in zweyer Partheyen Seel. H. Hartm. *2. O. t. 10. O. 2. per tot* *Jacob* Ayrer *in Proceſſ ſuo H floric. part. 1. c. 11. O. 2. n. 7. & ſeqq.* Rauchb. *part. 1. q. 8. 11.* Nicol. Vigel. *in method. Jur. Controv. lib 2. c. 8. reg. 12. n. 60.* & ita videtur Dominus Ipſe jurare per Procuratorem tanquam per Organon. *arg. l. qui autem. 14. §. conſtituere autem. & l. & licet. 15. ff. de conſt. pecun.* Schneidw. *in §. Item ſi quis poſtulanti. I. de act.* adeo ut ſi perjurium commiſſum fuerit, id commiſiſſe dicatur Ipſe Principalis non Procurator. Sichard. *ad A. principales. C. h. t. n. 3.* Oswald. Hillig. *ad Don. 24. Com. 3.* Poteſt tamen Judex interdum inſpecta controverſiæ qualitate & Perſonarum Principaliū conditione non admittere Procuratorem, etiamſi ſpeciale Mandatum habeat, ſed jubere, ut Ipſimet jurent Principales c. *in pertractandis. 3. extr. de Juram. Calum.* Rittersh. *ad N. 49, & N. 124. n. 8. & ad tit. I. de*

pæn. tem. Litig. Vallenſ. *in dd.* ✝. *Decret.§.2. n.2.* Quod autem Ipſum concernit Jus Saxonicum, de eo aliter obtinet. Illo namq; jure Calumniæ Juramentum non poteſt præſtari per Procuratorem, ſed neceſſum eſt, ut præcisè partes Principales id expediant. per text. Landr. *lib.1. art.46. verſ.* wo es aber. gl. *ad text. Germ: ibid.* L.D. Landr. *lib 3. art. 88. ſub fin.* Hoff G.O. *ſub tit.* wann ein auffgelegter Eydt geleiſtet werden ſol / ut expreſſis verbis diſponitur: daß nicht der Anwaldt / ſondern der Sachwaldt ſelbſt den Eydt leiſten müſſe. *fol.260. ſub fin.* R.G.O. *t.18. §. fin.* Rauchb. *p.1. q.8. n.10. & 14.* Reinhard. Roſa *in addit. ad Dan. Moller. Conſtit. Saxon. part.1. Conſt.13. n.3. verſ. hodiè five.* Sicuti etiam in Wittenbergenſi Dicaſterio pronunciatum eſſe refert. Zanger. *in tr. de Except. part.2. c.8. n.38. circ. med.*

11. Illæ quoq; perſonæ coguntur hoc Juramentum Calumniæ ſubire, in quas Lis fecit tranſitum, id eſt, qui ſunt Subſtituti & Vicarii Perſonarum Principalium. In harum autem numero ſunt Heredes. Quando enim aliquis ad plures abit, tunc incepta Lis ad ejus ſucceſſorem, qui Heres eſt, derivatur. *l. mortuo. 22. ff. de Fidejuſſ.* Licet autem Dd. quidam arbitrentur, Heredes ad præſtationem hujus non eſſe adſtrictos. Quod an Juri conveniat ambigo propter *A. Principales. C.h.t.* gl. *in verb. migraverit.* Sichard. *n.2. l. qui bonâ fide. 13. § ſi quis. 13. ff. de damn. infect. l. generaliter. 12. in pr. C. de R.C. ibiq; Gothofr.* Quanquam enim is, qui alterius bonorum Succeſſor eſt, juſtam ac probabilem poſſit prætendere Defuncti factorum ignorantiam. *l. qui in alterius. 42. ff. de R. J.* cum factum alterius nemo ſcire præſumatur. *l. verius. 21. ff. de probat.* atque in alieni facti ignorantia excuſabilis ſit error, *l. fin. in fin. ff. pro ſuo. l. quod vulgo. 11. ff. pro Empt. c. ignorantia. 13. de R. J. in 6.* Thoming. *deciſ.45.* Unde res, quæ dependet à facto alieno plerumque ſcientiſſimos fallere dicitur. *l. in omni parte. 2. ff. de I. & F. ignor.* ut iniquum eſſe videatur jurare aliquem de facto alieno. *c. Notandum eſt §. tum datur. 2. F. 58.* Quia verò Heres cum defuncto una eademque perſona eſſe, isq; hujus repræſentare cenſetur. *l. hereditas. 34. de R. J. l. heres in omne. 37. ff. de A. hered. l. 31. §. 1. de hered. inſt. §. 2 I. eod. l. 21. ff. de uſurp. & uſucap. N. 48. in fin. præfat.* Br. *in rubr. n.1. de acquir. hered.* *Bl. ad l.*

cum

cum hereditas.C.depoſ. atque is de cauſa quoque inquirere poteſt, meritò cum heres principalis etiam perſona effecta ſit, ad hujus præſtationem adſtrictus eſſe videtur. Et hoc Juramentum, cum non de veritate certâ, ſed de opinione tantum ſeu credulitate præſtetur, ſalvâ & illæſa conſcientiâ deponere poteſt. Weſenb. *in pr. C.h.t.n.6.* Giphan. *D.49 ad Inſt.tb.5.* Thoming. *d.deciſ.46.n.18.* **Ayrer** *in Proceſſ lib.1 c.11.O.2. n.20.* Berlich. *part.1. concl.22. n.20.* Joach.à Beuſt. *ad rubr.ff. de Jurej.n.63.& ſeqq.*

11. Nec hi ſolum, qui ſuo nomine, ſed etiam alieno cauſam alterius ſuſcipiunt atque fata cauſarum ambigua dirimunt, hoc Juramentum præſtare coguntur. Unde à Procuratoribus, quos Cic. alieni Juris Vicarios adpellat, pro *A. Cacin.* id exigi poteſt. *c. cum cauſam.6. extr.de Juram.Calum.c. in adpellationis cauſa. 2. §. Procuratores. de Juram Calum. in 6. L. cum & Judices.2. C.h.t. N.Leon.107. in fin.* quod etiam Cameræ Imperialis Ordinationi non reluctatur, ut pateſcit ex formula Juramenti *part.1.t.65.* Nicol.Vigel. *in Method.Obſer.Cam. Imp.lib.2.c.9.* Geil.1.O.89. nec ratione deſtituitur; Quippe cum Litis conteſtatione Procuratores cauſæ Domini fiant *l.neq; Tutores. 11. C. de Procur.l.4.§. 5. de adpellat.* adeoque Ipſi parum conſcientiari Bl. *in l.ab Anaſtaſio.n.4.C.mand.* & omnia mala cogitare in tantum dicantur Joh. Wolff. *in memorab. p.2 pag.1038.* ut etiã propterea Canes Curiarum, Br. *in l.omnes populi.de I. & I. n.40.* Jaſ. *ad §.Tripli.I. de act.* Schneidw. *eod.n. 10.* **Hammel** *de Act.c.40.n.5.* earundemq; Moloſſi. Lindeman. *in Hiſt.Jur. Rom.n.208.* & pervertiſtæ adpellentur Wolff. *d. part.p.1035.* neceſſum fuit, ut Ipſorum Malitia & calumniandi Ars hoc quaſi frœno coerceatur & compeſcatur, ne tam ſæpies cauſarum peſſimarum Procuratores exiſtant. Weſenb. *in pr. C.h.t.n.6.* Jaſ. *in l.rem non novam.§.Patroni n. 3. C.de Judic.* Conſult. Conſtit.Saxon. *part.5.caſ.47.* Hinc rectè adſeritur, quod Procuratores ad hujusmodi Juramenti præſtationem teneantur, utut vel maximè Ipſorum Principales juraſſent. *d.c.2.§.Procuratores. de Jur,Cal.in 6.* Anton. Del Re Tiburt. *in d. tr. c.16.n.47.* Sichard. *ad A.Principales. n.3.C.h.t.* **Ayrer** *in Proceſſ Judic.lib.1.c.11.O.2.n.15. verſ. ſeptimò extenditur.*

Umm. D. *12. ad Proceſſ. ſub n.33.* Fr. Marc. *tom. 2. deciſ. Aurear. Parlam. Delphin. q. 442. n. 2.* Jurant autem, quod ſint omne id, quodcunque æquum juſtumvè eſſe exiſtumaverint, Clientibus ſuis ſuggeſturi, nec aliquid, quod iniquitatem redolere videatur, illaturi, & cum cauſam, quam agunt cogrituri ſint, injuſtam eſſe, ſe illius minimè Procuratores futuros, ſecundum ea, quæ à Juſtin. Imperat. relligioſiſſ. conſtituuntur: *in l. rem non novam. 14. §. Patroni. 1. C. de Judic.* Contrarium tamen hodiè uſu receptum eſſe nec Procuratores, quorum multi Juramenta non magis curant, quam antiqua & ruinoſa domus fumum. Henning Gœden. *conſ. 87. n. 27.* Calumniæ Juramentum præſtare ſolere aſſerit Weſenb. *in π. C. hic. n. 6.* Qui certè uſus & alia ratione & prægnanti non deſtituitur. Scilicet ne relligioſiores abſterreantur à Procuratoris munere, quod tamen ut frequentiſſimè ſuſcipiatur, Reip. intereſt quam maximè. Uſus enim Procuratoris præmodùm neceſſarius eſt, ut qui rebus ſuis Ipſi ſupereſſe vel nolunt vel non poſſunt, per alios poſſint agere vel conveniri. *l. 1. §. uſus autem. 2. ff. de Procurat.* Adde Frid. Mindan. qui in Epiſtolà dedicatoriâ *lib. 1. de Proceſſ.* Procuratoris cujusdam in Agone mortis, ſæpius hanc querimoniam, O Juramentum Calumniæ! iterantis Exemplum refert.

13. An autem Procuratoris Subſtitutus æquè teneatur Juramētū hoc prę ſtare, dubitari poterat? Et Ipſum quoq; ad ejus præſtationem teneri in puncto Juris verius eſſe exiſtimarem, non obſtante, quod Ipſe ſubſtituens juraſſet. Anton. Del Re Tiburtin. *d. tr. c. 16. n. 52.* Obrecht *c. 6. de Juram. Calum.* Setſer. *de Juram. lib. 3. c. 3. n. 89.* Grav. *in Concluſ. Pr. conſid. 1. n. 6. concl. 88.*

14. De cauſarum Patronis vel Advocatis, qui in Jure Rhetores & Oratores. *l. omnes. 33. C. de Epiſc. & Cler.* Eloquētiæ Clariſſima Lumina. *l. reſtituendæ. 6. C. de Advoc. diverſ. Jud.* Patroni Litium *l. velamento. 4. C. de poſtul. l. 1. l. quicquid. 5. l. Advocati. 14 C. de Advocat. l. per hanc legem. 7. §. hoc etiam. 2. C. de Advoc. div. Judic.* Plin. *lib. 10. ad Trajan. Epiſt. 3.* Paul. Buſius *lib. 1. Subtil. Jur. c. 15.* Scholaſtici *l. 2. C. de Lucr. Advocat.* Togati *l. 8. C. de poſtul. l. 3. l. 5. l. 6. l. 8. l. 9. C. de Advoc. div. Judic.* (qui unde dicti

ſint

ſint latiùs perſequitur Rittersh. *ad N. part. 9. c. 8. n. 7.)* vocantur, quid ſtatuendum ſiet, an & hi ad præſtationem hujus adſtricti ſint, quæritur? Et hos quoque ad ejusdem præſtationem teneri juris explorati eſt. *l. 14. §. 1. C. de Judic. l. 2. in pr. C. h. t.* N. Leon. *107. in fin.* Philip. de Gloum *in Exercit. Diſp. ad Inſt. Ex. 8. th. 6. L. 4.* ut nimirum Audaculorum Advocatorum quorundam temeritas compeſcatur. Heinric. Breulæus *de Milit Polit. dupl. part. 1. c. 1 n. 11.* Cui ſententiæ patrocinatur quoque Sichard. *in d. l. 2. in pr. n. 3.* quæ & *Don. 24. Com. 3. in fin. placet.* Quam opinionem in extraordinariis Advocatis, qui extra numerum, neq; jam fide datâ Curiæ obligati ſunt, adcipiendam eſſe, quidam non inconvenienter exiſtimant. Ilic. Umm. *D. 12 n. 33.* Beſold. *in D. de Juram. prop. Calum. th. 26.* Quare fallit in iis Advocatis, qui ex officio Ordinario publicâ auctoritate impoſito, Advocationis munus ſuſcipiūt. Geil. *1. O. 88.* Illi enim cum fidem Curiæ dederint, eique obligati ſint, atq; ſingulare Juramentum præſtiterint, quod ſcil. omni virtute omniqúe ope, quod juſtum & verum eſſe æſtimaverint, Clientulis ſuis ſuppeditaturi ſint. Rauchb. *quæſt. Iur. Civ. & Sax. p. 2. q. 2. n. 49.* neceſſum non eſt, ut ad Calumniæ Juramentum adſtringi eos oporteat, quemadmodum illud videre eſt ex formulâ, de quâ cavetur *part. 1. O. Cam. t. 62. & t. 64.* Sie müſſen einen Eydt ſchweren zu Gott / daß ſie der Parteyen Sachen / ſo ſie zu handeln annehmen / mit allen Trewen meynen / vnd nach jhrem beſten Verſtand handeln wollen. Emeric. à Roßbach *in Proceſſ. Iudic. tit. 18. n. 32.* Mynſ. *ad §. utriusq. I. de pœn. tem. Litig.* Quod certè Reip. utiliusque eſſe longeque conſultius arbitramur, ut Advocati cauſarumque Patroni non in ſingulis cauſis de Calumnia jurent, ſed ſemel tantum, quando Advocationis munus ſuſcipiunt, ab iis Iuramentum exigatur, tum quia hoc modo relligioſiores, ut ſupra in th. 12. dictum eſt, ab Advocationis munere non absterrentur, quin potius eidem operam ſuam addicunt; tum quod Boni Viri ſalutis æternæ non immemores contra Juramētum ſemel præſtitum venire non præſumantur. Mynſ. *6. O. 32. in fin.* Rutger. Ruland. *in tr. de commiſſ lib. 4. c. 10. n. 6.* quin potius cum hoc ſemel ab ipſis præſtitum ſit, id quotidiè

Ani-

AnimoIpſorum obverſatur,Improbis verò,etiamſi illud vel centies repetitum eſſet,occurrit nunquam. Weſenb. *in r. C. h.t. n. 6. verſ. contra tamen uſu receptum.* Setſer. *in tr. de Juram.c.3.n.84.* Obrecht. *c.6.n.45.* Dn.Ortolph. Foman. *h.r. ad pr.l.2. C.h.t.q.4.* Dn.Finckelth. *D.7.Feud.th.21.*

15. Tutores quoque& Curatores Actoris & Rei conventi ad Calumniæ Juramentum præſtandum adſtringuntur *per l.2.§.quod obſervari.C.h.t.* ibique Cyn.Bl.Br.*n.3.4.* Pileus Modicenſ.*quæſt. Aur.1.* Nicol.Vigel.*in meth.Jur.Controv. lib.2.c.8.n.50.reg.10.* quia Ipſi Tutores & Curatores, ut rerum alienarum Adminiſtratores melius poſſunt ſcire cauſæ inſtantiam,an ſcilicet illa vel bona vel mala ſit. Azo *in ſum. C. h.t.* quam Ipſi pupilli *d.l.2.C. h.t.ibiq; Br. n. 9.* Quod ſi verò minor ejus Principalis melius eſſet informatus adeoq; cauſæ qualitatem accurratius perſpectam cognitamque haberet,tunc Ipſum Minorem à Judice compelli poſſe ad jurandum de veritate dicit Br. *in d.l.2.§.quod obſervari.C. h.t.n 13. & 18.* Hoc tamen fieri debet præſente ſuo Curatore Setſer. *lib. 3. de Juram.c.3.n.103.* atque cum ejus Auctoritate ; Sic enim Curatoris Auctoritas ejus ſupplet defectum.*l.clarum.4.C.de auct.præſt.* Quod Sichard.*in l.2.§.C.h.t.* extendit etiam ad impuberes,ut & illi de veritate jurare debeant , dummodò doli ſint capaces. Johan. Bapt. à Villalobos *in Com. opini Verb. Minor.*

16. An verò Ipſius Tutoris Contumacia renuentis jurisjurandi Calumniæ præſtationem Pupillo præjudicet ambigitur? Nos pugnaturi ſumus in Negantium Caſtris, hoc muniti Scuto, quod Tutor extra pupilli negotia delinquens & committens nullum detrimentum pupillo adferre valeat. *l.neq; Interdicto.198.deR J.* Dolus enim nulli alii,quam Auctori Suo nocere debet. *arg.l.alterius circumventio.49.ff.de R.J. l factum.155.l. non debet.74.ff. eod.c.ſine culpa.23 c.damnum. 86.de R.I. in 6.* Naturalis ſiquidem efflagitat æquitas, ut dolus ejus,qui alteri nocere ſtudet,dolum facienti noceat. *l.2.§ Item Varus.5.ff. de aq.pluv. arc.l. Electio. 26. §. ſi abſente. 5. ff. de noxal.action.* Sixtin. *de Regal.lib.2.c.3.n 49.* Unde Tutoris dolus pupillum tenere non poteſt. *l.ii qui.11.§.ſi Tutoris.6.ff.quod*

vi aut clam. niſi eo in caſu, quando ex dolo ad eum aliquid perveniſſet, atque ex eo locupletatus fuiſſet. *l. ſed etſi. 3. §. ſi ſervus.* ibiq; Coſtal. *ff. de Tribut. Act. l. ſi dolo. 24. ff. ſi quis omiſſ. cauſſ. Teſtam. l. Julianus. 13. §. ſed cum in facto. 7. ff. de act. Empt. l. apud Celſum. 4. §. illa etiam quæſtio. 23. ff. de dol. mal. & met. except.* Joh. Bapt. Nicol. *in reg. Jur. Civ. & Pontif. lib. 4.* Br. *in l. ſi dolo Tutoris. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. Teſt. & ad l. un. § ſi Procurator. ff. ſi quis Jus. dicent. non obtemp.* tunc enim propterea teneretur, ne alterius damno & jactura locupletior efficiatur. *l. planè. 38. ff. de petit. hered. l. cum hi. 8. §. ſi quis de alimentis 22. ff. de Transact. l. nam hoc natura. 14. ff de condict. indeb l. non debet. 74. l. nemo poteſt. 75. l. jure naturæ. 206. ff. de R. J. c. locupletari 46. eod. in 6* quod magis contra natnram eſſe, quam mors, dolor, paupertas & cætera, quæ homini accidere poſſunt, ait Cic. *3. off.* Diſp. Baſilienſ. *4. tom. 7. th. 62. L. B.*

17. Jurant præterea, qui legitimam habent Adminiſtrationem, ceu ſunt Orphanotrophi pro Orphanotrophio, Oeconomi pro Eccleſiâ, Hoſpitalarii pro Hoſpitali, Leproſarii, Vicedomini, Curator Bonorum pro eo, cui datus eſt, omnesque alii, qui univerſalem ſeu generalem aliquam obtinent adminiſtrationem. Setſ. *d. c. 3. n. 107.* Anton. Del Re Tiburt. *d. tr. c. 15. n. 359. & ſeqq.* Rittersh. *ad tit. I. de pœn. tem. Litig.* & quidem in animam ſuam & propriam non in eorum, quorum Bona adminiſtrant. *l. 2. §. 2. ibi:* eo, quod ex animi ſui ſcientia jurent. *C. h. t. ibiq. Br.*

18. Et hoc juramentum ſi exactum fuerit, præſtandum omninò eſt. Hipp. de Marſ. *in Pr. Cr. §. nunc videndum. n. 5.* Geil. *1. O. 48. in pr.* Nicol. Vigel *in method. Obſ. Cam. Imper. lib. 2. c. 9.* Lindem. *D. 10. ad J. t. de pœn. tem. Litig. th. 7* Matt. Gaſtrit. *in annot. ad Pr. Forenſ. Maſverii ad Tit. 20. de Jurej. ad n. 21. §. Item, ſi ſit omiſſum.* cujus exigendi formam præſcribit Termin. *in ſuo Proceſſ. c. 225. h. t. n. 6.* adeò, ut ſi Litigantes hoc Juramenti genus detrectent, caſum Actionis ſuſtineat Actor, cauſamque amittat. *A. Principales. §. pen. & ibi:* Br. Bl. *C. eod. c. cum cauſa. 7. extr. de Juram. Calumn.* Vallenſ. *in dd. ✠. Decret. §. 4. n. 1.* Schneidew. *ad §. 1. I. de pœn. tem. Litig.* Treut. *v. 1. D. 21. th. 4.* Weſenb. *in ✠. C. ht.* Giph. *ad l. 2. C. h. t.* Reus verò pro confi-

tente habeatur. *gl. in c. Imperatorum. 4. c. 7. extr. de Juram. Calumn. l. 2. §. ſin autem. 7. C. h. t.* Don. *in tr. de Juram. c. 13.* Et quanquam Litigantes votum vel Juramentum aliquod interpoſuiſſent, quod nullius Juramenti præſtationem ſuſcipere vellent, id Ipſis prodeſſe poſſet nihil. Anton. Del Re Tiburt. *in d. tr. c. 15. n. 18.* Thom. Grammat. *deciſ. 12. n. 17.* Imputabunt enim hoc ſibi Ipſis, quod juraverint vel votum aliquod fecerint. Nam non danda facultas eſt eludendi Leges *l. 2. §. ſed quia veremur. C. h. t.* quod hoc modo fieret. Et ejusmodi votum tendent quoque non ſolum in Jurantis præjudicium, ſed etiam Tertii, in cujus damnum nihil fieri poteſt. *pr. I. qui & ex quib. cauſ. man. non lic.* Johan. Bapt. Nicol. *in reg. Jur. Civ. & Pontif. lib. 14.* Notandum tamen eſt, donec Actor caſum Actionis ſuſtineat, Reusque confeſſi inſtar habeatur, neceſſum primitùs eſt, ut Judicis ſententia accedat condemnatoria, quæ ſi ſubſecuta non fuerit, pœna Ipſo jure commiſſa non intelligitur, verum Proceſſus tantum pro nullo habetur. *A. principales. §. ſi qua. ibi:* per ſententiam Judicis. *l. 2. §. quod ſi Actor. 5. C. h. t.* ibique gl. & Br. *n. 3.* Vallenſ. *in dd. r. Decret. §. 4. n. 1.* Quod etiam in foro Saxonico receptum eſſe videmus. N. *Elect. Auguſt. part. 1. Conſt. 12. §. fin. ibi:* Vnd daraus erkandt vnd geſprochen werden. Illud verò adjiciendum eſt, quod quidam volunt, ſi una Litigantium pars recuſandi habeat cauſas relevantes, quod tunc audiri, nec ad hujus præſtationem adigi debeat *c. fin. extr. de Jurej.* Tr. *V. 1. D. 21. th. 4. L. E. & th. 9. L. A.* ubi juſtæ recuſandi cauſæ referuntur, quod convenire dicunt etiam der N. S. O. *t. 18. §. fin. ibi:* ohne erhebliche Vrſachen. Verum nos putamus, vix hoc Ipſum recuſari poſſe, cum juſta & relevans recuſandi cauſa allegari non poſſit, proinde videtur Tr. & alii, qui cum Ipſo faciunt confundere juramenta deciſoria cum hoc Juramento noſtro. Illa enim, quin certis de cauſis recuſari poſſint, non diffitemur *per l. generaliter. 12 §. ſin autem. 2. 3. & 4. C. de R. C. c. Juramentum à Te. fin. extr. de Jurej.* Bach. *ad Tr. d. D. 21. th. 4. L. E.* Berlich. *part. 1. concluſ. 19. n. 9. & concluſ. 22. n. 38.* Joſeph. Maſcard. *de probat. V. 2. concl. 957.*

19. Cum itaque hactenus, pro Inſtituti noſtri ratione, Catalogum earum perſonarum, quæ hujus juramenti præſtationem ſubire cogantur, indicaverimus, neceſſum nunc eſt, ut ſignificemus quoq;, quænam ab illius præſtatione exemptæ reperiantur. Eximuntur autem atq; immunitatem quandam habent propter juris præſumptionem, quam pro ſe habent, Imperator, Reges, regalem ſummamq; dignitatem obtinentes. Setſ. *D.36.ad l.Jur.th.2.L F.* Schrad. *de Ff.p. 10.ſect.2.n.77.* Hæ quippe perſonæ, ſi in Judicio Litigium aliquod ſuſcipiant, atq; vel Actoris vel Rei partibus defungantur propter ſummam Majeſtatem, quam habent, hujus juramenti vinculo conſtringi non debent. Natt. *conſ.487.n.47. vol.3.* Anton. Del Re Tiburtin. *in d.tr. c.18.n.3. & n.4.* cum perſonarum harum qualitas & dignitas, in qua conſtitutæ ſunt, ſumma hanc Calumniæ præſumptionem omninò excludere videatur. Hillig. *ad Don.24.Com.3.L.M.* Alexand. *in l.properandum.§.ſin autem.alterutra n.14. C.de Judic.* Quod etiam ad Cæſaris Fiſcalem maximè Jure Camerali, quo Fiſcali hujus Juramenti præſtatio remiſſa eſt, extenditur. Geil. *1.O. 90.n.4.* Mynſ. *1.O.74* Maſcard. *de probat. concl.25.n.9 v.1.* Nicol. Vigel. *in Meth.Obſ.Imper.Cam.lib.2.c.9.reg.7. & in Methad. Jur. Controv.lib.2.c.8.reg.11.c.50.* quia quicquid facit juſſu & mandato Principis facit. Ruland. *de Cōmiſſ.lib.2.c.4.n.10.* Surd. *deciſ.18 n 10.* Gilman. *tom.2.part.1.vol.5.n.48.& n.53.* Ubi ſententia in hunc ſenſum. Et gerit officium neceſſarium, ut meritò Juramento hoc prægravari non debeat. Bach. *ad Tr.vol.1. D.21.th.4.L.D.* Hinc calumniari non præſumitur, quem officii neceſſitas ſatis ſuperq; excuſat. *l.poſt legatum.5. §. Advocatum Fiſci.13. ff.de his quæ ut indig. aufer.l.2. C.de his qui accuſ.non poſſ.l.cum quadam.26. C.de admin.Tut.* Græv. *in concl.Pr.concl.90 n.5. & ſeqq.* ubi hanc ſententiam de Conſvetudine veriorem eſſe ait, quam tamen tribus modis, qui ibi videri poſſunt, notanter limitat.

20. Cæterum, An quod de Imperatore, cæteriſq; Regalem dignitatem habentibus diſputavimus, locum ſibi vendicet atq; etiam extendendum ſit ad Præſulem Vaticanum, quæſtionis eſt? Et id mage in hoc obtinere volunt CC.

Si enim inquiunt, Hic Imperatori, quantum Sol Lunæ, Aurum plumbo præſtat. *c. ſolicit. 6. §. præterea. extr. de Major. & Obedient.* Ludovic. Rudolphin. de Sabloneta *in tr. de Orig. dignit. & poteſt. Duc. Ital. n. 347.* Si diſtat tanquam Magiſter à Diſcipulo. Pacian. *2. de probat. 28. n. 23.* Si ille maximum & ſupremum numen in Terris. *gl. in c. cum inter eod.* Si univerſis populis adorandus & ſimilimus Deo. *gl. in præfat. Clem.* Marq. de Suſanis *de Juda. & Uſur. part. 2. c. 9. n. 1.* Si Illi poteſtas omnis data eſt in Cœlo & in Terra, ita ut nemo poſſit ac debeat dicere Papa, quid facis. *c. ſi Papa. diſt. 40.* Specul. *in tit. de Leg. §. nunc oſtend. n. 89.* Cur non Ipſum hoc quoque Papæ, utpote majorem Majeſtatem habenti, concederetur, quod Imperatori aliisque Regalem & ſummam dignitatem habentibus conceſſum nec denegatum eſſe videmus. Verum enimverò, ſi Pontifici Romano primam ſupremæ Majeſtatis teſſeram ſupra Imperatorem reliquosq; ſummam & regalem dignitatem habentes concederemus, nihil aliud omnium rectè ſentientium Judicio foret, quam impudicæ cuidam Lupæ Triobulari in honeſtiſſimo Matronarum Gynæcêo primum dare ſubſellium. Cluten. *in Syllog. rer. quotid. th. 6.* Hensl. *D. 7. Colleg. Polit. Jurid. th. 45.* Illud quidem omnibus conſtat, maximam poteſtatem & Majeſtatem ſibi arrogare Pontificem. Liebenthal. *in Enucleat. Polit. de regim. Eccleſ. th. 54.* Zieriz. *de Pr. prærog.* Bort. *in Jprud. publ. c. 3. th. 10. L. B.* Alciat. *in form. Imper. Rom.* quam cum ratione nulla, quæ aliquid Roboris contineat, firmare & vendicare ſibi poſſit Præſul ille Romanus, egregium fulcimentum, quærere conatur in Conſtantini Magni donatione Papæ SYLVESTRO factâ, cum qua Regiam dignitatem ſibi collatam eſſe Spiritu plusquam Thraſonico gloriatur. *in C. Conſtantinus 13. diſt. 96.* (quam Paleam multum grani attuliſſe Romanæ Eccleſiæ dicit Everh. *in Topic. Loc. à Veroſim. n. 16.*) Hanc tamen donationem, quam prætendunt Pontificii, cum fidei Hiſtoricæ præmodum repugnet, nunquam factam eſſe adſeveramus cum Dn. Eraſm. Ungep. Excelſi Ingenii JCto *Diſp. Vernal. 1. th. 8. L. F.* Laurent. Ohem. *de I. Epiſc. th. 7. L. A.* Joh. Norderm. *de I. Princip. th. 18.* D. Finckelth. *D. 5. F. th. 3.* Hœn. *D. 6. ad Inſt. Jur. Controv. 20.* Keckerm.

ckerm. *1.Polit.22.* Juſt.Sinold. cognom. Schüʒ *de Vicar. Imper.th.43.L.C.* Reink. *de R. S. & Eccl.lib.1. cl.2.c.7.n.45.& ſeqq.* Wurmſ. *in Exercit. Acad. ex J.Pub.lib.1. q. 15.* Et poſito non verò conceſſo, illam factam eſſe, non tamen potuit Imperator ejusmodi immenſam Liberalitatem in Imperii detrimētum & diminutionem exercere Thom.Mich.*deSS.Cæſar.Majeſt. & Cam. Imper.Jdict.th.17.L.A.* Non enim, quæ ad Ipſius proprietatem non pertinent alienare poteſt. *arg c.intellecto. 33. extr. de Jurej. c. non liceat Papæ.20. 12.q.2.l.7.§.3 ff.pro Empt. l.27. de adm.tut.l.28.§.fin. de pact.l.7 de precib. Imp.offer.* Hensl. *in Colleg.Jurid.Polit.D.7.th.47.* Schönb.*2. Polit.17.* Chriſtoph. Beindorff. *in Colleg.Jur.Publ.D.1.th.25.* Bronchorſt. *2.Controv. Miſcell. aſſ.80.* Aligher. *lib.3. de Monarch.* præſertim cum Imperium non ſit in marſupio ac ſacciperio Principis. Bl. *in c. intellecto.de Jurej.* Rol. à Valle *conſ.1.vol.2.n.115.* Peregr. *de J. Fiſc. ſub rubr. habentes Jura Fiſci. n. 71.* quin potius poteſtas Ipſius in adminiſtratione, protectione & Juridicundo potiſſimum, non verò in alienatione occupata eſſe debet, *arg.l. qui fundum.7.§.ſi tutor. 3. ff. pro Empt. l.benè à Zenone 3. verſ.qui enim. C.de quadr. præſcrip. l. un. ibi*: Regimentis Reip. *ff.deOff. Præſ. Præt.* ibique Br. Thom. Michael. *de Jdict. Concl.14.* Nec enim eſt Imperator proprietarius Bonorum Imperii, ſed Adminiſtrator duntaxat ſicut Tutor & Curator. Riminald.*§.1, n.82. l.quib.alien.lic.* Joach. Cluten. *in ſyllog.rer.quotid.concl.11 L.C. & concl. 17. L.A.* Hinc rectè dicitur, proprium hoc eſſe Principis, ut augeat non verò diminuat. Joach.Cluten. *d.th. 17. L.C.* Unde etiam ſemper Auguſtus allezeit Mehrer des Reichs adpellatur. Schneidw. *in proœm. Inſt.* Richard.Dieter. *de ſumma Sum.Imp.poteſt. th.76.* Ohm. *de I.Epiſc. th.7. L.A.* Limnæ. *tom 1.de J.Publ.c.9.n.12.* Arniſæ. *de poteſt. temp.Pontific. in Pr. c.6.n.12.* Heinric. Bruning. *de Var. Univ. Spec. th.6.L. A.* Nulla igitur eſt hæc donatio, nec ex hac ulla competit Papæ Majeſtas, & ſi quæ eſt, pro qua mordicitùs pugnant Scriptores Pontificii, erit hæc Umbratilis, ſecundum dici vel Metaphorica ſaltim.

21. De Clerico contentionis ſerram trahunt, An & is ad hujus Juramenti Calumniæ præſtationem adigi poſſit? Equidem, ſi quæſtionis hujus deciſionem à more veteri repetere velimus, certum eſt, Clericos ab omni juramenti præſtatione eſſe immunes. *l. cum Clericis. 25. C. de Epiſc. & Cleric.* Cujac. *ad c. 1. extr. h. t. & ad N. 49. circ. fin.* Borch. de Jurej. *c. 4. n. 13.* Weſenb. *in ✝.* Unde conſequenter etiam immunitatem habebunt à Calumniæ præſtatione, cum Juramenti ſpecies ſit. Ratio autem, cur jurandi neceſſitas Ipſis Clericis remiſſa fuerit hæc eſſe videtur. Etenim turpe eſſe putabatur, hos in falſitatis & Calumniæ ſuſpicionem vocare, qui ob religionis & pietatis profeſſionem ab utroque quam longiſſimè abeſſe exiſtimabantur. *l. cum Clericis. 25. §. 1. A. Sed Judex. C. de Epiſc. & Cler.* Cujac. *ad N. 49. in fin.* Weſenb. *in ✝. C. h. t. n. 6.* Invaluit verò deinceps & introductum eſt, ut à perſonis Eccleſiaſticis Juramentum Calumniæ repeti poſſit. *c. cæterum. 5. & c. fin. extr. de Juram. Calum.* Fatetur enim Ipſe Bonifacius Pontifex (quam ingenuitatem laudandam eſſe in homine cæteroquin illaudato, qui intravit ut vulpes, regnavit ut Leo, dicit Rittersh. *part. 9. c. 19. ad N. 49. & N. 124. n. 9.* Lindem. *in Hiſt. Jur. Rom. th. 379.* Dn. Finckelth. *de J. Patronat. c. 8. n. 25.*) frequentes eſſe Calumnias in Eccleſiaſticis etiam perſonis, proinde conveniens fuit novis morbis, nova præparari antidota. *c. 1. §. fin. h. t.* Hiller. *in Inform. circ. Jus Mon. n. 141.* cum ea, quæ de novo emergunt, novo quoque remedio opus habeant. *l. de ætat. 11. §. ex cauſa. ff. de interrog. in Jure fac. c. nulli. de Elect. & Elect. poteſt. in 6.* Philip. Zorer in ſeinem Bedencken von Schuldv. *q. 7. n. 556.* Quod Jure meritoque conſtitutum eſſe videtur. Si enim Clerici, juſtam litem movendi habent cauſam, nihil obſtat, quo minus ſacramentum hoc præſtare valeant. Finckelth. *d. tr. n. 26.* Si verò Ipſis conſtat, ſe temerariè & contra propriam conſcientiam iniquè & calumnioſè alios lite pulſare, nonne hoc in caſu, Jure malitiis Ipſorum, quibus indulgendum non eſt, occurritur? *arg. l. cum hi. 8. §. ſi cum Lis. 20. ff. de Transact. ibiq; gl. l. in fundo alieno. 38. ff. de R. V. l. qui ſub prætextu. 9. C. de SS. Eccl. l. 1 in pr. ff. ſi quis omiſſ. cauſ.* Relinquitur tamen liberrima Ipſis poteſtas præſtandi illud per alios. *c. 3. & fin. eod.* 22.

22. Pater inſuper cum filio Litigium inſtituens, ut & Patronus cum Liberto litigans, hoc Juramento non onerantur, in iis ſc. cauſis, quas cum Liberis Libertisve habent. Duar. *ad tit. de Jurej. c.4.* Cujac. *de Ff.4.F.36.* Br. *in l.2.C.h.t.n.11.* Cur autem Parentes Patronique hoc Jurejurando ſubleventur, pietas & honor, qui Ipſis debetur, & in omnibus parentibus manere debet intactus & illibatus. *l. cum apud 2. C. qui & adverſ. quos in integr. reſt.* in cauſa eſt. *arg. l.7. §.4. ff. de obſeq. par. & Patron. præſtand. l. veluti. 2. ff. de J. & J. l.1. §.15. ff. de vent. in poſſ. mitt. l.8. ff. de probat. N.155. c.1. in fin.* Finckelt. *in Obſ. Pr. O.76. n.7* Semper namq; Filio & Liberto Patris & Patroni perſona ſancta, venerabilis & honeſta eſſe debet. *l.6. ff. de in jus vocand.* & ab omni ſuſpicione aliena, quam alioquin Juramentum hoc requirit. Unde etiam receptum eſt, ut actum nullum Liberi valeant celebrare, per quem honor paternus & famæ integritas ſuggillari & lædi queat. *l. non debet dari. 11. ff. de dol. mal. l. apud Celſum. 4. §. adverſus Parentes. 16. ff. de dol. mal. except.* Quod verò remittatur perſonis hiſce Auctor eſt Parens noſter Ulpian. *l.16. in fin. ff. de Jurej. l.7. §.3. de Obſeq. Par. & Patron. præſt. l.13. §.14. de dam. infect.* & Paulus JCtus *l.8. §.5. ff. qui ſatiſd. cog.* Idem tamen Ulpian. neque Patrono neque Parentibus Juramenti Calumniæ præſtationem remiſſam eſſe dicit *l. Jusjurandum. 34. §. qui Jusjurandum. 4. ff. de Jurej.* Durus ſanè nodus & Gordius eſt, quem enodari non poſſe, plurimi Dd. exiſtimarunt. Forner. *2. ſelect. 4.* Florentinæ Lectionis, quam plerumq; ſequendam eſſe ajunt Anton. Cont. *Diſp. lib. 1. c.6.* Bach. *in Exercit. ad part. poſter.* Chiliad. Anton. Fab. *in præfat. ad Lector.* Wilhelm. Ludwel. *in Comment. ad WVeſenb. π. tit. fin. reg. n. 2. & t. ff. de diſtract. pign. n.5.* Gœd. *ad rubr. ff. de V. S. n.26.* patrocinium ſuſcipiens, vix ullius adſecutus eſt adſenſum, reprehenſus inde à multis & præſertim à Cujac. *9. O.37.* cujus tamen conciliationem magis veriorem exiſtimo, cum Ipſi patrocinetur auctoritas plurimorum MSS. & Baſilicorum Synopſis. Beſſelin. *Diſſ. 16. ad π. th.2.* Pac. *3. ἐναντ. 83.* Berlich. *p.1. concl.21. n.11.* quam in magno æſtimio apud Dd. & quidem recentiores eſſe conſtat. Et de hâc quæſtione inter alios quoque tractant Tr.

V.1. D. *21. th. 4.* ibique Bach. Valent. Gvilhelm. Förſter *de J. Interp. lib. 1. c. 2. n. 15.* Rittersh. *p. 9. c. 19. ad* N. *49. &* N. *129. n. 10. & ad pr. Inſt. de pœn. Tem. Litig.* Obrecht. *de Jurament. Calum. c. 15. n. 17.* Setſer. *d. lib. c. 3. n. 42.* Borch. *de Jurejur. c. 7. n. 23.*

23. An autem hoc Ipſum in Filiis Libertisvè quoque obtineat, atque ad eos trahendum ſiet, controverſia non caret, cum utraque opinio ſuos reperiat Patronos & Defenſores. Accurſ. Br. Aliique Dd. *in d. l. 34. §. 4. de Jurej.* & Cujac. *de Ff. 2. F. 36.* putant, Liberos Libertosvè eodem beneficio in tantum gaudere, ut ad hujus Juramenti præſtationem adigi nullo modo poſſint. Cum quibus tamen facere ex eo non poſſum, quia ratio & cauſa, ob quam Imperat. noſter relligioſiſſimus indulſit immunitatem non jurandi de calumniâ ceſſat, quam Reverentiam & Honorem in præced. th. diximus. Ceſſante itaque Legis ratione, ceſſabit Ipſa Lex. *l. 68. de R. J.* Cui rationi Succenturiatam quaſi opem præſtat, quod cum tot Loci Patronis atque Parentibus, nullus tamen Liberis, Libertis nullus hoc tribuat. Prout rectè ita Don. *24. Com. 13.* proinde quod LL. non cantant nec nos cantare debemus. Bl. *in l. cum ancillis. C. de incert. Napt.* Dn. Riemer. *b. r. de Contract. Tr. 1. c. 11. §. 46.* Sine his enim loqui erubeſcimus. N. *2. c. 3. verſ. ſin autem.* N. *18. c. 5. l. illam meritò. 19. C. de Collat. l. 64. §. 9. ff. ſolut. matrim. l. 5. C. de repud.* H. Piſt. *2. q. 100. & 3. q. 15. n. 5.* Multò itaq; ſatius eſt cum Lege aliquid ſtatuere, quàm cum multis Dd. opinionibus in pejus ruere. Johan. Michael Beuther *in tr.* von *Prælat.* und Vorzug Recht *p. 2. c. 44. circ. fin.* Pruckman. *vol. 1. conſ. 46. n. 146.* Hieron. Magon. *deciſ. 62. n. 16.* Zang. *ad c. ſententia. 1. n. 62. 63. extr. de ſent. & re Judic.* H. Piſt. *O. 226. n. 62.* Et hæc noſtra ſententia placet etiam Hackelm. *D. 13. th. 19.* Borch. *c. 7. n. 27. de Jurejur.* & multis aliis, quæ ſanè probabilis & rationabilis eſt.

24. De Feudi Domino & Vaſallo disquirendum etjam eſt: An & hi Juramentum hoc Invicem præſtare cogantur? Et Cujac. quidem *2. F. 36.* Jus Feudale Jurejurando Calumniæ & Dominum & Vaſallum liberans, abſurditatis arguit, quem malè Huna. *in tr. F. c. 13. & ad* Tr. *D. 21. th. 4.* ſequi

qui

qui videmus. Nos expreſſo Juris Feudalis textu, qui habetur *in c. un.* §. *1. 2. F. 33.* muniti, ſic ſtatuimus, ut Illi ad hujus præſtationem non teneantur. Quem Juris Feudalis textũ Clariſſimum utut Tribunitio & Cenſoriô Calamô quaſi novi LLlatores prællegati Dd. flagellent atq; calumnientur, ſatius tamen eſſe putamus, ex limpidiſſimis ſacratiſſimarum LL. fontibus bibere hiante ore, quam ex cœnoſis quorundam gloſſematum ſeu traditionum Lacunis. arg. Leon. *N. 91.* Securè enim navigat, qui cum Juris textu navigat. Zaſ. *ad l. properandum.* §. *ſed & quidem. n. 8. C. de Judic.* Finckelth. O. *Pr. 32. n. 10. & in Tr. de J. Patron. c. 5. n 27.* quem cum habeamus apertum, cur, temerario auſu ab eodem recederemus & ſupervacaneè hæſitaremus? Vivius *lib. 1. deciſ. 6. n. 1.* Jacob. Schultes. *p. 1. q. Pr. 29. n, 18.* Cujus ratio in aprico quoq; eſt, arctisſimum ſcilicet vinculum, quo Vaſallus Feudi Domino, & hic Illi obligatus eſt, ſummusq; Itidem Honor, qui utriq; debetur. Ilic. Umm. *D. ad Proceſſ. Judic. 12. th. 8. n. 36.* Vultej. *de Ff. 2. c. 3 n. 6.* Borch. *de Ff. c. 10. n. 39.* Rittersh. *2. part. Feud. c. 1. q. 12. & c. 9. q. 19.* Berlich. *part. 1. Concl. Pr. 21. n. 12.* Si tamen Dominus vel Vaſallus Spontaneo Spiritu Juramentum hoc præſtare paratus ſit, nullum eſt obſtaculum, quin ad ejus præſtationem admittatur. Cujusq; enim arbitrio relinquitur Liberum, Juri pro ſe introducto renunciare. *c. ad Apoſtolicam. 16. ext. de regul. & tranſ. ad relig. l. ſi quis. 29. C. de pact. l. 46. eod. l. ſi quis. 51. C. de Epiſc. & Cleric. l. ſi Judex. 41. ff. de minor. N. 136. c. 1. gl. in c. diligenti. ext. de for. compet.* cum proviſio hominis faciat ceſſare proviſionem Legis. *l. fin. ibiq; gl. C. de pact.* Weichb. *art. 24. in fin.* Weſenb. *conſ. 14. n. 13. p. 1.* Philip. de Gloum. *in Diſp. Exerc. ad Inſtit. Jur. in ſumma Inſt. L. B.* Alteri verò nulla jurandi imponitur neceſſitas, cum alterius facto Jus ſuum auferri nemini queat. *l. patrem fam. 44. ff. de hered. inſtitut.* Matth. Gribald. *de rat. ſtud. in Jur. lib. 2.* Joh. Bapt. Nicol. *tom. 1. Reg. Jur. Civ. & Pontif. lib. 6.* Br. *in l. ſi heredis. §. fin. de leg. 1.* Setſer. *c. 4. lib. 3.* Wurmſ. *1. O. 7.*

25. Cum verò, uti contingit, Ipſe Vaſallus Feudi Domino, fidelitatis Juramentum non præſtiterit, utpote

ſi Feudi Dominus forſan id ipſum, ut facere poteſt, remiſerit, an & tunc idem obtineat Jus, controvertitur? Quod Vultej. *2. F. 2. n. 6.* adſeverat. Lege enim non diſtingvente, nec nos debemus diſtingvere. *l. 3. de off. Præſid. l. proſpexit. 12. ff. qui & à quib. man. l. de precio. 8. ff. de Public. in rem act. l. 1. §. generaliter. 1. de legat. præſtand. cont. tab. bon.* Monet tamen Borch. *de rſ. c. 10. n. 40.* contrarium in Forenſi uſu & Praxi eſſe receptius.

26. Vidimus hactenus perſonas, quæ tam præſtare quam non præſtare hoc juramentum coguntur, conſequens eſt, ut objectum etiam contemplemur. Illud autem ſciendum eſt, omnem cauſam, quæ in Judicio ventilatur, habile & idoneum eſſe hujus Juramenti objectum. *l. 1. in pr. l. 2. pro. fin. ubi gl. in verb. in omnibus, C. h. t.* Speculator *in tit. de Jur. Calum. §. 2. in pr. gl. in c. 1. verb. criminali. de Jur. Cal.* Vallenſ. *in* ×. *Decret. eod. §. 3. n. 1.* quod quidem quo ad cauſas civiles immotæ & indubitatæ veritatis eſt. Br. *in d. l. 2. in pr.* & Bl. *n. 7. ibid.* qui dicit id eſſe verùm ſecundum omnes. Non igitur refert, an ſit exigua, an magni ponderis & momenti cauſa, an ordinaria, an delegata vel compromiſſoria. *d. l. 2. §. 4.* Panorm. *in c. inhærentes. n. 14. in pr.* Specul. *h. t. n. 10.* In his namq; omnibus evidentisſimè Imperator noſter ſanctisſimus voluit huic Juramento locum eſſe debere. Berlich. *part. 1. Concl. Pr. 21. n. 26.* Imò ſive ſit principalis, ſive adceſſoria vel incidens. Quod ſi tamen incidens principali adglutinata & coadunata eſſet, tunc ſi ſuper Principali Calumniæ Juramentum præſtitum ſit, ſuper Incidenti jurandum ampliùs non eſſet, prout docet Obrecht. *c. 8. n. 8.* In Summariis quoq; & beneficialibus cauſis, ubi de plano, & ut dicitur, ſimpliciter ſine figura & ſine longo litis ſufflamine proceditur, neceſſaria eſt hujus præſtatio. *c. 1. in fin. de Jur. Cal. & Clem. ſæpè. de V. S. gl. ibid. in verb. non excludi. l. 14. in pr. & §. Patroni. C. de Judic. l. 2. §. 4. C. h. t.* Br. *ad l. 1. C. h. t.* Vallenſ. *in* ×. *Decret. h. t. §. 2. n. 1.* Zanger. *de Except. p. 1. c. 2. n. 7.* Geil. *1. O. 6. n. 3.* modo ſit petitum. Hip de Marſil. *in tr. de fidejuſſ. n. 148.* Sic namq; ſubſtantiale eſt & omninò præſtari debet, aliàs Proceſſus ſenten-

ten-

tentiaq; lata non valeret. Vant. *de nullitat. ex defect. Proceſs. n. 29.* Zang. *d. tr. c. 2. n. 7.* Br. *ad l. 1. C. h. t.* Bl. *in l. non ſolum. in pr: de Procur.* de quo ſup. th. 18. pluribus egimus. Item ſive ſit cauſa primæ inſtantiæ, an ſecundæ, adeò ut idem Jus obtineat, utut vel maximè in primâ inſtantiâ id Juramentum præſtitum fuiſſet. Sichard. *in A. Sacramenta. n. 5. C. h. t.* Br. *in l. qui bonâ fide. ff. de dam. infect.* Vallenſ. *d. loc. n. 1.* Dn. D. Ortolph. Foman p. 1. *ad l. 1. § 2. C. h. t. q. 4.* Barthol Brixienſis *in quæſt. Vener. 48.* non obſtante, quòd in unâ eâdemq; cauſa non iteratò ſed ſemel duntaxat jurandum ſit. N *49. c. fin.* Cauſa autem adpellationis cum principali & prima inſtantia paribus paſſibus ambulat. *l. 4. C. de temp. & reperat. adpellat l. un. C. ne in unâ & ead. cauſ. lic. ter.* Weſenb. *in Com. ad C. t. de probat. n. 65.* Unde concludunt in adpellationis inſtantia denuò jurandum non eſſe. Verum noſtra & prior adſertio propoſita rationabilior & veritati propinquior eſſe videtur. Eſt enim diverſa & longè alia adpellationis cauſa à prima. Br. *in l. cum Judices. C. h. t. n. 7.* Vallenſ. *d. loc.* Pileus Modicenſ. *quæſt. Jurid. 26.* Brixienſ. *d. q. 48 n. 3. & q. 55. n. 2.* D. Döring *tom. 1. Biblioth. JCt. ſub h. t. Advocatus. n. 628.* Et totiens de Calumnia jurari debet, quotiens ea metuitur. *l. 13. §. ſi quis ſtipulatus. ff. de dam. infect. l. 13. §. his omnibus. C. de Judic. c. 2. in pr. h. t. in 6.* Jam autem non minus in adpellationis Judicio ſeu ſecunda inſtantia, quam primâ Calumnia metuitur. Proinde dicendum eſt, ut in hâc, ſic in illâ etiam Juramentum hoc omninò præſtandum eſſe. Ludov. Bebio *in Erotem. Dialect. ad Inſt. t. de pœn. tem. Litig.* præſertim cum ad Adpellationis & Provocationis remedium temerario & injuſto auſu proſilire quis poſſit. Quocirca etiam in pleriſq; Imperii Romani Judiciis benè receptum & introductum eſt, ut Adpellationes ad ſuperius Tribunal non prius admittantur, niſi Adpellantes juraverint, ſe non temerario auſu aut motu & ad calumniosè differendam cauſam Adpellationis viam ſuſcipere. Ordin. Cam. *part. 3. t. 32. §.* und ſol alsbald. Mynſ. *3. O. 56.* Weſenb. *in n. C. h. t. n. 7 verſ. quamobrem & hodiè.* Setſ. *de Juram. lib. 3. c. 4. n. 30.* Obrecht. *c. 8. n. 12.* Georg. Schultz *in Synopſ. Judic. poſit.*

43. Sic in Conſtitutionibus Principum & Saxoniæ Ducum Illuſtriſs. *art. 14. & 16.* Leuterantem & Adpellantem, cui per ſententiam vel Magiſtratum ſpecialiter id injunctum eſt, juraſſe convenit,ſe non differendæ Litis cauſa, illud remedium ſuſpenſivum uſurpaſſe. Non tamen quivis Leuterans vel Adpellans illo Juramento in dict. Conſtit. adſtringitur. Dn. D. Ortolph. Foman. b. t. *ad l. 2. C. h. t. q. 4.* Quod idem in Reviſionis Judicio præſtandum eſt. Receſs. Deput. anno 1600. §. vnd ob wol hierbey. Et generaliter omnis cauſa requirit hujus Juramenti præſtationem, quæ probationem deſiderat. *l. 1. & ibi* Sichard. *n. 1. C. h. t.*

27. Cæterum an in cauſis Criminalibus Calumniæ Juramentum præſtandum ſit, variatur? In Adfirmativam autem ſententiam ſum proclivior propter expreſs. text. *in l. 1. in pr. ibi.* in omnibus cauſis, in quibus neceſſitas probationis incumbit. *& l. 2. in pr. ibi.* in omnibus Litibus. *C. h. t.* Georg Schultz *in Synopſ. Judic. poſit. 43.* Nec mihi perſvaderi patior,ac ſi cauſæ & Litis vocabulo,civiles cauſæ ſaltim veniant. Id namq; evidentisſimè refellitur *per l. 1. §. 1. ibi.* non ſolum in criminalibus cauſis, ſed etiam in pecuniariis Litibus. *ff. de Teſtib. l. ex judiciorum. 20. ff. de adcuſat. l. in criminali 5. & §. ii verò. 1. C. de Jdict. om. Judic.* Deinde probo per manifeſtam rationem. In quibus enim cauſis opus eſt probatione, in Illis Juramentum hoc omittendum non eſt. *d. l. 1. C. h. t.* Atqui in Criminalibus cauſis opus eſt probationib9 & quidem luce meridianâ clarioribꝰ. Panſchm. de *Contract. Locat. q. 9. n. 44.* quod propter *l. fin. C. de probat. c. ſciant cuncti. 2. 2. q. 8.* nemo ibit inficias,adeò ut in his præſumtiones non ſufficiant ad condemnandum. *l. abſentem. 5. ff. de pœn. c. Literas veſtras. 14. ext. de præſumpt.* Weſenb. *in π. ff. de adcuſ.* ſed tamen ad abſolvendum. *gl. in Clement. un. ad verb. non volens. de homicid.* niſi ut Dd tradunt, in ejusmodi delictis, quæ per conjecturas tantum & præſumptiones manifeſtari & probari poſſunt. *per l. non omnes. 5. §. à Barbaris. 6. ff. de re milit. c. adferte. 2. c. Literis. 12. ext. de præſumpt.* Magnif. Dn. Ordinar. D. Petr. Theodor. *in prælect. public. ad tit. C. de quæſt.* Farinac. *in Theor. & Pr. Cr. q. 1. n. 6. & q. 2. n. 3. 12.*

13. cum

13. cum ſeqq. Zang. *de quæſt. & Tortur. c. 1. n. 34. 35.* Unde concludendum eſt, hujus juramenti præſtationem in cauſis quoq; criminalibus omittendam non eſſe. Azo. *in ſum. C. h. t.* P. Greg. Tholoſ. *lib. 48. Syntag. Jur. Univ. c. 6. in pr.* Vallenſ. *in v. Decret.* §. *3. n. 1.* Ultimò probatur per Conſtitutionem Friderici *5. F. 10. verſ. ſi quis autem.* Ubi agitur de Incendiariis, quorum Crimen publicum eſſe nemo inficiabitur. Mandat autem ex Criminum natura, debere Actorem prius jurare de Calumnia, antequam accuſatio alicujus tanquam receptatoris Incendiorũ inſtituatur. Wilhelm. Schmuck. *ad Tr. D. 21. v. 1. th. 4.* Et hanc ſententiam communi ſtylo obſervari & in Italia quoq; receptam eſſe ait Br. *ad l. 1. C. h. t.* quam adprehendunt etiam Bocer. *cl. 6. D. 18. de Jurej. th. 13. lit. G.* Ruland. *in tr. de Commiſſ. lib. 2. c. 14. n. 13.* Hanneton. *in tr. de Judic. Ord. c. de Juram. Cal. poſt. med.* Berlich. *part. 1. Concl. Pr. 21. n. 27.* Specul. *in t. de Jur. Cal. in* §. *2.* Beſſelin. *D. 16. ad v. th. 2.* Vallenſ. *& loc.*

28. Regulariter diximus in omnibus cauſis de Calumnia jurandum eſſe. Cum autem nulla regula tam firma eſſe reperiatur, quæ non exceptionem patiatur. De iis dicendum deinceps cauſis eſt, quæ excipiuntur. Et 1. quidem de Calumnia in illis cauſis jurari non ſolet, quæ nonoriæ ſunt. Bl. *in l. ſi verò.* §. *qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſd. cog.* Joh. Bapt. Nicol. *lib. 12. reg. J. C. & Pont.* In ſuperioribus ſiquidem diximus, in iis ſaltem cauſis locum eſſe huic juramento, quæ deſiderañt probationem. Id autem quod notorium eſt, probatione non indiget arg. *l. continuus. 137.* §. *2. in fin. ff. de V. O.* Gvid. Papæ *in Statut. Delphin.* §. *Notoriè. n. 1.* Ludolph. Schrader. *in tr. F. p. 9. ſect. 13. n. 95.* P. Surd. *deciſ. Mantuan. 259. n. 14.* Anton. Capyc. *deciſ. Neapol. 54. n. 6.* Sigiſm. Scacc. *tr. de Judic. lib. 2. c. 9. n. 567.* cum evidens ſit. Dd. *in l. admonendi. de Jurej.* Bl. & Salic. *in l. 7. C. de accuſ.* quod probationem & altiorem indaginem non requirit. *c. cum evidentia. de probat.* Melch. Kling *in Com. ad lib. 2. Decret. de Ordin. cognit. n. 25.* Et notorium non probatur. *l. 1.* §. *ſi quis. 8. de dot. præleg.* Weſenb. *in v. de probat. n. 7.* Maſcard. *de probat. Vol. 2. Concl. 1016. n. 3.* Br. *ad l. ſi. verò. 5.* §. *1. qui ſatiſd.*

cog ſed allegatur. *gl. in c. adpellanti. de adpellat. gl.* & Dd. *in c. ſuper Literis de Reſcript.* Bl. *in l. eo. quidem. C. de adcuſ. n. 44.* Joh. Bapt. Nicol. *d. lib.* Mynſ. *6. O. 3.* Geil. *2. O. 31. n. 18.* Tr. *D. 4. th. 1. L. C.* Unde vim ſententiæ definitivæ habere dicitur. Sixtin. *Conſil. Marpurg. 12. n. 136. Vol. 2.* Nicol. Reuſn. *conſ. 18. n. 45. Vol. 2.* Jacob. Mandell. *conſ. 90. n. 5.* Natt. *conſ. 173. n. 9. & conſ. 174. n. 3. tom. 1.* Joh. Cephal. *conſ. 770. n. 27. V. 5.* Idcirco poteſt Judex in Notorio procedere etiam parte abſente, item Lite non conteſtata; In hoc namq; talis Juris ordo eſt, nullum ſervare ordinem. *gl. ad c. ad noſtram 3. ext. de Jurej.* Vultej. *conſ. Marpurg. 21. n. 337. v. 3.* Geil. *1. O. 39.* Weſenb. *conſ. 2. n. 60. p. 1.* Corraſ. *1. Miſcell. 16. n. 3.* Cornel. Brederod. *de Appell. part. 1. t. 19 pag. 252.*

29. Deinde in cauſis etiam 1. in quibus remanet ſola Juris quæſtio, tale Juramentum non requiritur. Setſer. *c. 4. de Juram. lib. 3. n. 38.* Unde quæſtio oritur, Si Dd. Leges allegarent, aut de Juris quâdam materiâ Diſputationem inſtituerent, an de Calumnia jurare debeant? Et negativè reſpondemus. Conſtat enim Jura eſſe certa & finita *l. 1. §. nulla. l. tanta. 2. §. contrariũ C. de V. J. E. l. 2. ff. de J. & F. ignor.* Vultej. *ad pr. J. de Act. n. 23.* nec probatione indigere. Ilic. Umm. *in D. 12. ad Proceſs. Judic.* Weſenb. *in ≠. de probat. n. 7. Diſſ.* Sichard. Setſ. & alii.

30. An autem in matrimonialibus cauſis hæc Jurisjurandi ſpecies admittenda ſit, diſquiritur? Et olim quidem in illis Juratum non fuiſſe. Br. *in l. 2. C. h. t. n. 14.* & Geil. *1. O. 38. n. 4.* adſerunt. Quod de Jure Pontificum, ſecus eſſe exiſtimatur. *c. 1. de Juram. Calum. in 6.* Beuſt. *ad l. 3. in pr. de Jurej. n. 66.* Harprecht *ad §. 1. J. de pœn. tem. Litig. n. 69.* Hodiè verò in Ducis Electoris Saxoniæ aliisq; benè conſtitutis Conſiſtoriis ita Illorum Adſeſſores obſervare ſolent, ut Juramentum hoc non exigant, ſed hujus loco promiſſionem tantum à Litigantibus de veritate dicendâ expoſcant, hâc tamen adhibitâ gravi comminatione, ut ſi rem poſtmodum aliter ſeſe habere compererint, pœna illos vel Carceris vel alterius arbitrariâ adficere velint. Beuſt. *de Sponſal. c. 25.* Setſer. *d. tr. de Juram. lib. 3. c. 4. n. 13.*

Quod

Quod Ipſum propter perjurii periculum benè receptum eſſe videtur, cum eſſe non poſſit, quin una Litigantiũ pars falsò juret, ein Theil muß falſch ſchweren. Finckelth. *de J. Patron. c. 8. n. 28.* Et aliàs Juramenta magis ob perjurii metum præcidenda quam amplianda ſunt. *N. 82. c. 11.* LandR. *lib. 2. art. 40.* cum periculoſum etiam eſſe exiſtimetur, à Juſto exigere juramentum. *c. etſi Chriſtus. de Jurej.*

31. De perſonis & rebus hactenus, de Forma deinceps. Quæ conſiſtit in iis, ut præſtetur idoneo modo, juſto Tempore, & Legitimo Loco. Modus verò ille extat & depingitur in Ord. Cam. *t. 65.* Cujus Capita hæc ſunt 1. quod Actor credat ſe bonam fovere cauſam, daß er glaube eine gute Sache zu haben. *d. l. 2. h. t. in pr. §. 1. J. de pœn. tem. Litig.* N. *49. c. fin.* Ilic. Umm. *in Proceß. Judic. D. 12. th. 11. n. 49.* Ludov. Bebio *in Erotem. Dial. ad Inſt. Imperial. t. de pœna tem. Litig.* & quod non calumniandi animo & Intentione pravâ litem moverit. Setſ. *d. lib. 3. c. 5. n. 10.* Wilhelm. Schmuck. *in Synop. Jur. Canon. ad lib. 2. Decret.* ſed bonâ fide. Pac. *ad J. §. 1. de pœn. tem. Litig.* Reus autem cõtra jurare cogitur, quo ſe bonâ inſtantiâ uti exiſtimet. *d. l. 2. in pr. verſ. reus autem nõ aliter. C. h. t. & pr. J. d. t.* nam ſufficit, ut ſaltẽ de credulitate nõ veritate jurent. Pac. *ad §. 1. J. d. t.* hoc eſt, quod quis credit & exiſtimat juratò adfirmare debet. *d. l. 2. §. quod obſervari. verſ. & licet. C. h. t.* Neq; enim præcisè & liquidò, ſed ex cõſcientia jurandum eſt. Hillig. ad Don. *24. c. 3. L. F.* Unde jurans de Calumnia non poteſt reſpondere per verbum dubito, quamvis in poſitionibus diverſum obtineat. In iſtis namq; is, qui interrogatur dubitanter reſpondere poteſt, cum ſcilicet interrogatus incertus eſt, neq; poteſt adplicare animum magis ad unum, quam ad aliud. Specul. *in t. 1. de poſit. §. 6. n. 13.* (2) Juret uterq; quod nolint fruſtratorias, moratorias & fraudulentas dilationes petere keinen unnothdürfftigen gefährlichen Auffſchub der Sachen zu begehren. *l. 1. C. h. t.* Petr. Gilken. *ad tit. C. h. t. n. 3.* quod tamen capitulum ob crebra perjuria, quæ deſuper accidere ſolent, omitti debere ſpeculatorem conſuluiſſe refert. Del R. Tiburt. *d. Tr. 6. 5.* (3) quod Interrogati in Jure nolint ſup-

pri-

primere veritatem vel celare daß ſo offte ſie in Rechten ge-
fraget werden/die Warheit nicht verhalten wollen. *gl. in c. 1. de Jur. Cal. in 6.* (4) quod nihil penitus patrocinii cauſa judi-
cibus vel alii cujuscunq; perſonæ pro hâc cauſâ dederint, promiſerint & dare promittere velint, daß ſie in dieſer Sa-
chen niemand anders / denn dem jenigen / ſo das Recht zuleſſet/ ichts geben oder verheiſſen wollen / damit ſie die Urtheil erlan-
gen vnd erhalten möchten. *N. 124. c. 1.* Lud. Bebio *d. loc.* quod ad Judices cumprimis referendum eſt. Illi namq; pro Ju-
ris & Juſtitiæ adminiſtratione ne obulum quidem â Parti-
bus adcipere debent. Alex. *conſ. 206. lib. 2. n. 9.* Zepp. *in ex-
plan. LL. Moſaic. Forenſ. lib. 4. c. 23.* Tr. *V. 1. D. 22. th. 3. L. F.* ibiq; Bach. Melch. Jun. *quæſt. Polit. q. 83. n. 5.* cum Judices non debeant emollire Judicium amore pecuniæ. Auguſt. *ad Fr. in Erem.* Iniquus quippe eſt, ait Saresb. *5. Epiſt. 6.* quis-
quis in Judiciis ſequitur non cauſam, ſed prædam. Hinc juſtitiam & Avaritiam, quæ rectè omnium malorum Ma-
ter perhibetur, maximè quando non privatorum, ſed Ju-
dicum inhæret animabus *N. 8. in pr. §. 1. in fin.* in uno ho-
mine nunquam poſſe habere cõcordiam rectè dicit Gvev. *in H. Pr. lib. 3. c. 6. n. 475.* Johan. Berber. *in Auro Viator. Jur. Utriusq; part. 1. rubr. 12. n. 4.* Et Valer. Max. *lib. 4. c. 3.* duabus maximè, ait, collabi Remp. Venere & Cupiditate eorum, qui præſunt. Unde Romani Veteres adeò fuerunt â mune-
ribus abſtinentes, ut cum Legatos miſiſſent ad Ptolomæ-
um Ægypti Regem, Coronas aureas â Rege oblatas, tule-
runt quidem honoris cauſa Legati, ſed poſtridiè regiis imaginibus, quas in Jovis templo invenerant, impoſue-
runt, ne quid regii muneris avertere velle viderentur. Jtzo aber geſchicht es gar ſelten / wo man einem eine Kette verehret/ daß er ſolche in die Kirche ſchencke. Franciſc. Patritius Senenſ. *lib. 1. de Reg. Inſt. t. 6.* Thebis olim Imagines quasdam repo-
ſitas fuiſſe commemoratur, quæ manibus carebant; eæ Judices repræſentabant, quos oportet ab omni munerum corruptela & labe ſordium quam maximè ſejunctos eſſe. D. Norlnberger. *de J. Conſiſt. th. 55.* Habeant quidem manus, Judices noſtri, dummodò puras. *N. 8. in pr. & §. 7. N. 28. c. 5.*

N. 67.

N.69. c.3. §. nec latet in fin. N.24. c 1, N.19. c.3. in pr. N.103. c.2. Imper. Juſtin. Edict.12. c.3. ut eò ſanctius ſiniſtrâ manu Leges, dextrâ æquitatem ferre & ſanioris rationis libellâ, quod juſtitiæ proprium eſſe ait Octav. Cacheran. in Proœm. deciſ. Senat. Pedem. n. 4. & n.5. trutinare omnia & pendere poſſint. Tiber. Decian. reſp. 3. n.254. vol.4. Munerum enim adceptio & Sanctus denarius animos Judicum flectere, mentes excæcare & ſic propenſos reddere ſolet, ut magis faveant perſonis quam rei veritati. Petr. Peck. ad reg.12. de R. J. in 6. n.3. quod eſſe non debet. Deut. c.16. verſ.19. Exod.23. verſ.8. c.ſummoperè.70.11.q.3. c.novit.verſ. caterum. ibiq; Hoſtienſ.c.qui rectè. 66.c. non licet.71.d.q.3.c.non ſanè.15.14.q.5. Tholoſ. 28. Syntag. Jur. Univ. c.12.n.1.& lib.36.c.28.n.2. Foller. de contract.cenſ.§.Nicolaus.n.92. H. Breulæ.de mil.Polit.part.1.de Advoc.n.49. Schonborn.6. Polit.11. Paris de Puteo. de Syndic. in verb.Poculenta.c.2. n.2. Nullus ſiquidem Perſonarum reſpectus in Judicio eſſe debet. Deu.1. verſ.17. & c.17. verſ 2. Prov.24.v.24. c. in Judiciis. 12. de R. J. in 6. Rainald. Corſ. lib.2. indag. Jur. c.24. ſed unicuique pro cauſæ ſuæ meritis & bonitate adminiſtrari jus& juſtitia. Reink. de R.S. & E. lib.1.cl.5.c.4.n.62. ſecundum Leges N.8. c.quod autem. 12 in pr. N 149.c.1. & Juſtitiæ rationem. l. juxta Edicti. 40. C. de liber. cauſ.& quidem cum timore Dei. N. 36. c. ſi tamen.6. Scire namque debet Judex, quod illa Ipſa hora, qua de aliis judicat, Ipſus à Deo judicetur. arg.l.rem non novam. 14. §.ſic enim. C de Judic. c. quicunq;.37.11.q.3.gl. Land R. lib.3.art.30. Heig.1.q.10.n.38. Vent. de Valent. Parth. Litig. lib.2 c.10.n.4. Octavian. Cacheran. in proœm. deciſ. Senat. Pedem. n.5. quin & Judex corruptus & ita eundem corrumpens in SCtū Libonianum incidunt pœnaq; falſi tenentur. l.1. l. qui duobus. 21.ff. ad L.Cornel.de falſ. Joh. Bapt. Bajard. ad Jul. Clari recept. ſent q.75.n.12. LL.12. tabb. Capite puniti fuerunt, qui corrupti pecuniâ judicaſſent Gell.20. N. A c.1. Rittersh. in Com. ad LL.12. tabb.cl.2.c.5. Dion. Gothofr. in Epit. frag. LL.12. Tabb. t.7. de Judic. quæ pœna Capitalis apud alias quoque gentes recepta legitur, quâ animadverſum eſt in Siſamnem, qui pecuniâ corruptus judicaverat. Herod. lib.5. Hiſt. Valer. Max. lib 6.c.3.

Ammian.Marcell. *lib.23.* Hodiè verò Judices ſeſe corrumpi, patientes plerumq; exilio vel etiam duriori pœnâ adfici ſolent, prout didici ex Dn.D.Ortolph Foman.p.R.*q.4. ad l.3.C. de Contract.Judic.* Ita tamen, ut ante omnia diſtingvatur inter perſecutionem criminalem & Civilem nec non inter Ipſas cauſas, in quibus hoc delictum commiſſum, criminales & Civiles. Dum enim criminalis perſecutio inſtituitur ob cauſam aliquam criminalem, in qua Judex corruptus perhibetur, mortis & capitis pœna locum ſibi vendicat, (puta ſi Judex ob hominem ad mortem condemnandum pecuniam accepit effectu tamen ſecuto) juxt. *l.7.§.fin.ff. de L. Jul. repet.* Damhoud. *Pr. Cr.c.130.n.3.* Morte verò damnati non ſubſecuta mitior deportationis ſeu exilii ſecundum eandē *l.7.§.fin.* Farinac. *9.Cr.111.art.2.n.25.* vel etiam pro Circumſtantiarum ratione ultra exilium inſuper ſuſtigatione reus plecti debet *N.8.c.8.§. ſi quis autem.* Deinde eadem mortis vel deportationis pœna locum habere poſſet etiam ob reiterationem ejusdem facinoris. per *l.un. C. de ſuperexact. lib.10.* Maſcard. *de probat. concl.838.* Volz. *conſ. de inquiſ.1.n.79.* (3) Judex in cauſa civili vel etiam criminali non capitali tamen injuſtitiam faciens perſecutione criminali nō intentatâ, mitiori relegationis pœna plectendus venit. *per l.ſi quis aliud.§. pen.ff. de pœn.* Farinac. *d.q.111.art.2,n.26.* (4) actione civili inſtitutâ Judex corruptus in cauſa civili & pecuniariâ dati triplum & promiſſi duplum refundere tenetur. *A. novo jure. C. de pœn.Judic. qui mal.judic.* Decian. *8.tr.Crim.c.39.n.15.* Quæ Ipſa ſuppeditat & latiùs perſeqvitur Magnif. Dn. Ordinarius Petr.Theodor. *in prælect. ad l. 1.C.ad L.Jul. repetund.* Et crimen hoc vulgò apud Dd. Crimen repetundarum ſeu Barataria vocatur, id eſt nundinatio & diſtractio juſtitiæ, quaſi pecunia cum juſtitia baratetur, id eſt, commutetur. Decian. *in Tr.Crim.tom.1.lib.8.c.33.n.9.* D.Frantzk *Exercit.Jurid.12.q.10. n.17.* Cujus vindicandi gratia inſtitutus eſt Proceſſus Syndicatus *ex tit.ut omnes Judices tam.Civil.* Joh.Bapt.Bajard. *d.q. 73.* Utinam autem inquit, Marq.Freh. *lib.3.de Infam. c. 14. n. 3.* non & noſtro ſeculo multis in locis vera ſit querimonia D.

Aug

Aug. ſerm.19.de Verb.Dom. Uſque adeò,ait,hoc inolevit malum,ut jam quaſi ex conſvetudine vendantur Leges, corrūpantur jura, ſententia Ipſa venalis ſit,nulla jam cauſa poſſit eſſe ſine cauſa. Potulentum tamen & Eſculentum merâ Liberalitate oblatum, quod intra dies proximos conſumi poteſt Ipſis Judicibus adcipere vetitum non eſt. *l.plebiſcito.18.ff. de Off.Præſid.* Maſuer *in Pr.Forenſ. tit. de Judic. & eorum Jdict.* Damhoud. *in Ench.Cr.rer.c.130. n.8.9.10.* cum valdè inhumanum ſit à nemine adcipere,licet paſſim ſit viliſſimū & omnia avariſſimum. *l.ſolent 6. §.non verò. 3.ff. de off.Procoſ.* Petr.Belloj. *lib.1.Varior.6.* Id enim,quia leve eſt, Boni Judicis Integritatem non videtur corrumpere. Ant. Fab. *in rational. ad l.18. ff.de Off.Præſid.* Quoad hoc tamen Corraſ. *ad d. l.18. n.5.* diſſentire videtur. Tradit namque is ab Eſculentis,Potulentis & Xeniis quoque abſtinendum eſſe hodiè Judici propter *N.8.c.7.* cum & in minimis turpis ſit adfectio.Herman.Kirchner.*de Rep.D.8.Coroll.6.* Quod & nos ambabus largimur manibus, ſi eum in finem hacque intentione ipſi Judici aliquid horum offeratur,quo magis aut quo minus faciat,quod ſuarum partium eſt. *l.Lege Julia.7.§.1.ff.d.t.N.28.c.5.* Exceptæ verò ſunt perſonæ quædam,quibus Jura dare non vetant. Rectè itaque datur Advocatis,Procuratoribus,Notariis *N.124. in pr.c.non licet.71.q.3.* Goth.Schardtius *in Proceſſ.Judic. c. de Procurat.* Rainald.Corſus *2.indag.Jur.c.5.* His enim hoc denegatum non eſt, cum pretium hoc artis ſit levamentum & hoſtimentum. *l.cum duobus 52.§.utrum ergò.2.ff.pro ſoc.* Forcatul.*in Necyom. dialog.95.* atque laboris & induſtriæ auctoramentum. Weſenb. *in pr. ff.de off. Adſeſſ. in fin. & ad tit. de Procur. n.10.* Labores enim & ærumnæ,quibus artem ſuam addidicerunt, præmio carere non debent. Alciat. *lib.1.de V. S.fol. 41.* Hammel. *in tr.de Action.c.40.n.7.* Et Advocati, ſi non Ipſis benè ſatisfit,non poſſunt benè ſtudere. Cardin. *in Clem.1. de reliq.& ven ſanct.col.10.* nec poſſunt absq; conſpicillis benè Scripturas videre. Joh.Bapt.Magon.*c 18.n.23.de Advoc.* Unde torvis oculis cauſas inſpicere dicuntur. Heinric.Breulæ. *de Milit.Polit.p.1.de Advocat.n.57.* & multi Advocati tam exilis debilisque vocis reperiuntur,ut Labia,niſi eadem prius auro

benè obliniantur, vix movere eadem poſſint, prout Idem Breulæ. *p.1. Procur. n. 28.* de Advocatis jocosè dicit. Imò videntur habere plumbea corda, quæ non niſi argenteo vel aureo malleo emolliri poſſunt. Saresb. *5. Epiſt. 10.* Sciant autem Advocati modum tenere in honorarii exactione, ne miſeros Clientulos exſugere illisque cum veſtimentis cutem detrahere ſicque miſericordiæ totius & humanitatis extorres eſſe videantur. Breulæ. *de Advocat. n. 39.* Wolff. *in Lect. memorab. p. 2. pag. 1035.* Illa verò, quæ à nobis ſup. recenſita fuêre, ad Calumniæ Juramentum requiri, ſatis ex parte *1. O. Cam. t. 65.* conſtat. Quæ requiſita Vultej. *2. I. R. c. 31. n. 39.* hiſce ſubſeqq. verſiculis incluſit.

Juro meam litem, mihi fultam Jure videri:
Nec celaturum, ſi qua rogatus ero.
Nec promiſſurum, neque cauſæ falſæ levandæ
Dicere, nec Litem ducere velle meam.

32. Tempus quod concernit, ex Jure conſtat, hoc jusjurandum ſtatim in exordio & Litis initio *l. 2. §. fin. C. h. t.* aut ſaltim, quando Lis conteſtata eſt, præſtandum eſſe *c. pen. extr. eod. tit. l. 14. §. 1. in pr. C. de Judic. l. 2. in pr. ubi gl. & Br. n. 8. C eod.* Rauchb. *p. 1. quæſt. 1. C & S. q. 9. n. 10.* Hedem. *D. 22. th. L. A.* Beſſelin. *Diſſ. 16. ad π. th. 2.* Nicol. Vigel. *in method. Jur. Controv. lib. 2 c. 8. n. 20.* Quod Juri Camerali quoq; convenit. O. Cam. *part. 3. tit. 13. §.* Desgleichen ſol der Eydt vor Geſehrde. Geil. *1. O. 74. n. 12.* H. Hartm. *Pr. Obſ. t. 10.* intra illud Temporis & Termini ſpatium, quod Judex determinaverit *d. l. 2. §. hoc etiam. C. h. t.* quo caſu jurare debenti de Calumnia Terminus ad deliberandum ulterior non datur. Dd. *in c. cum cauſam. extr. de Jur. Calum.* Joh. Bapt Nicol. *in reg. I. Civ. & P. lib. 9.* Jus verò Saxonicum requirit, ut jurare juſſus, ſi Calumniæ Juramentum exigere ſatagat neceſſum habeat, curare, quo Actor ad Juramenti Calumniæ præſtationem citetur in illâ Ipsâ citatione, quam intra octiduum impetrare ſolet. Ordin. Proceſſ. Judic. *tit. 18. §.* nach dem auch. *verſ.* damit auch gleichwol. *Ord. des* Sächſ. Hoffger. zu Wittenb. *rub.* wann ein auffgelegter Eyd geleiſtet ſoll werden Hoc autem Juramentum poſt concluſionē cauſæ ad partis inſtantiam exigi non poteſt, niſi hoc Judex

exe-

exegerit, quod ex officio facere non prohibetur, *per gl. in c. ex Literiꝰ in verb. occultata. de jurej.* Geil. *1.O.84.n.6.* quantumlibet faciat id parte adverſante & reluctante, ceu tradit Setſer. *de Jurament. c.6.n.6.* Et ita practicatum fuiſſe referunt H.Hartm. *1.O.3.t.14.* Wurmſ. *in Pr.Forenſ. lib.1.tit.14. O.3.n.1.* inter Principem Electorem Palatinum & Haſſiæ Landgravium in Civitate Wormatienſi.

33. De loco agendum jam eſt, ubinam illud deponi præſtarivè debeat. Et regulariter verum eſt, publicè in Judicio ad Acta & quidem jejuno ſtomacho. *c.honeſtum 16. 22. q.5.gl.in c. Sacramenta.de Conſecrat. diſt. 1.* illud præſtandum eſſe, hoc eſt in Tribunali, in quo Judex judicandi munere defungitur. *A. principales, in fin. verſ. ſub geſtiꝰ monumentorum. §. ſed ſi in ſacro Conſiſtorio. Item §.1. verſ. ſub. præſentia ſacri Senatus. l.2.§. ſin autem abfuerit. verb. actiꝰ intervenientibus. C.eod.* eoq; in loco, in quo de controverſia contentio eſt. *d.l.2 in pr. in verb. Evangeliiꝰ ante judicium poſitiꝰ. N.124.c.1.* Hâc namq; ratione magis ex conſcientiâ jurare videtur, qui coram judice, Dei in Terris Vicario Deut.1. Pſal.82. Exod.22. Hensler. *in Colleg. Jur.Polit.D.13.th.45.* jurat, quia enim ſi pejerat, melius etiam ab eo coerceri poterit, coram quo falsò juravit. Obrecht. *c.9 de Jurem. Cal. n.13.* Si verò in ſacro conſiſtorio Lis moveatur cauſaque proponatur, tunc in ſacri illius Senatus præſentia Juramentum hocce Calumniæ præſtandum eſt *A. Principales.§.1.C.h.t.* & quidem per Deum, digitis erectis, cumq; præſens eſt Adverſarius hoc juramentum præſtari debet. *A. principales §.2. verb. cum adverſa parte. l 2.§. ſin autem. C.eod.* Vel ejꝰ Principalis nomine Procurator, quod perinde eſt. *d.l.2. §.1.§. 3.§.5.C.eod.* Cæterum Judex his, qui Abſentes ſunt, certum juſtumque temporis ſpatium præfigere debet, intra quod in judicium ad auſcultationem hujus Juramenti commodè venire poſſint, ſecundum ſcil. Locorum intervallum & moderamen. Setſer. *lib.3. de Juram.c.7.n.7.* Quod ſi verò ordine citatus præſentiam ſuam contumaciter exhibere renuat, tunc etiam Abſente Ipſo Calumniæ Juramentum fieri & præſtari poteſt. *A. principales. §.4. ibi: vel una earum abſens fuerit. l.2.§. ſin autem abfuerit. ubi gl. verb. abſente. C.eod.*

34. Excipiuntur tamen perſonæ quædam, quæ Judicii Limina intrare non coguntur. Unde Judex ad eas Jurandi cauſa domum mittere ſolet. Excipit namque perſonas quasdam vel Neceſſitas, vel Reverentia vel deniq; ſexus, de quibus ordine dicendum quoq; eſt.

35. Neceſſitas: Ut ſi fortean Litigans Lecto adfixus propter morbum in Jus venire præpediatur; Tunc enim ex adparentibus cohortibus aliqui cum Ipſo Adverſario domũ Ipſius intrent, atq; Juramentum illius audiant. *l. ad perſonas egregias.15.ff.de Jurej. & c.ſi qui Teſtium.8.extr.de Teſtib. & atteſt.* Ilico Umm. D. *ad Proceſſ. Judic.12.th.11.n.49.* Quod an Judex facere vel ex neceſſitate vel urbanitate teneatur, tradunt Setſer. *d.lib.3.c.7.n.10.* Ruland. *in tr.de Commiſſ.part.2. lib. 2 c.5.6 n.17.& 18.*

36. De Senibus quid dicendum, & an ad eos etiam extendendum hoc ſiet quæri poteſt? Et cum Accurſ. *ad l. ad perſonas ſup.verb.egregias de Jurej.* quo ad hos quoq; extendimus. Ludw. *ad n.Weſenb.t.de teſtib.* Don. *de Teſtib.c.8.* Semper namque Senectus in Civitate Romana venerabilis fuit. Cic. *in Cat. Maj.* cui etiam Majores noſtri eundem honorem, quem Magiſtratui Ipſo attribuere inquit Calliſtratus *in l. ſemper.5. ff.de Jure Immun.* Gell. *lib.2.N.A.c.15.* Cic. *de Senect.* Rittersh. *ad §. Item major.I.de excuſ.Tut.* Et privilegium hoc datur valetudinariis *l.ad perſonas.15.ff.de Jurej.* Senes autem inter valetudinarios referri conſtat ex *l.3.C.qui teſtam.fac.poſſ.* Cic. *in lib. de ſenect.* Ruland. *de Commiſſ.lib.1.c.12. n.10.* Menoch. *de præſumpt. lib.6.præſum.46.* Quare ut ſicut Illis, ſic quoq; his id dari debere dicendum eſt propter *c.ſi qui tertium.8.extr.de Teſtib.* Sciendum tamen hic eſt, noſtris moribus atq; hodiernâ conſvetudine in ſenibus excuſationes tales locum non invenire, niſi forſan Lecto ob morbum adfixi vel in aliqua dignitate conſtituti eſſent, prout monet Rutg. Rulant. *in tr.de commiſ.part. 2.c.5 n.6.* Matt. Berlich. *deciſ.116.* Ant. Fab. *in ſuo Cod.lib.4. tit. de R.C.defin.31.n.4.* Beuſt. *ad l.15.de Jurej.n.12.*

37. Perſonæ dignitas: Quando enim perſonæ egregiæ, quæ in eximiâ & præclarâ dignitate conſtitutæ ſunt, Calumniæ Juramentum præſtare debent, non tenentur id facere

in

in judicii loco, ſed ſatis eſt, ut ab Ipſis in ædibus propriis, parte adverſa, vel ejus loco Procuratore præſente, præſtetur. *d.l. 2. §. ſin autem. C. h.t.l.15. ff. de jurej. ibiq;* Accurſ. *verb. domum.* Ludw. *ad* π. *Vreſ.t. de Jurej. n.9. An per Procuratorem.* Et hæc Juris diſpoſitio etiamnum in Camera Imperiali recepta eſt. Jacob Schulteſ. *in addit. ad* Matt. Coler. *deciſ.115. incipit: Juramentum delatum. n.27. part.1.* Quæ autem ſint egregiæ perſonæ, arbitrio judicis committitur, Sigism. Scacc. *in Tr. de jud. cauſ. Civ. Cr. & Haret. lib.2.c.8.n.721.* qui prudentiæ & diſcretionis, quæ omnium virtutum mater perhibetur *c. præſentiū 3.1.q.5.* clave præmiſſo. Marta *in tr. de clauſul. part 1. clauſ. 259. n.12.* id ex cujuscunq; dignitate, amplitudine, exiſtimatione & celebritate æſtimare & arbitrari poterit. Duaren. *ff. de Jurej. c.7.* Quod autem de perſonis illuſtribus diximus, quod illæ publicè ad Juramenti præſtationem non adſtringantur, id ſtylo Curiæ Electoralis non obſervari ajunt Jac. Schultes *in addit.* ad Coler. *deciſ.115.n.25.* Conſult. Conſt. Sax. *tom.3. q.80.* Andr. Knich. *de privil. Sax. verb Jus. c.4.n.66. & ſeqq.* Dan. Moller. *4. ſemeſtr.20.n.1. & ſeqq.* Hoc tamen Juramentum in Judicio ubi Audientia partibus concedi ſolet, in der Audienz-ſtuben, non verò publicitùs præſtare coguntur. Ord. Jud. El. Sax. *tit.19. in fin.*

38. Deniq; & Sexus: Si enim Mulier de Calumnia jurare debet, Illa propter Sexus verecundiam etiam Adverſario abſente domi ſuæ jurat, non in judicii loco. *d.l.2.§ 1. C.h. t.N.124.c.1.* Coler. *deciſ.115.n.5.* Br. *in l.15. ff. de Jurej. in fin.n.3.* Ratio eſt, ne Fœminæ in contumeliam matronalis pudoris irreverenter irruant & conventibus virorum vel judiciis intereſſe cogantur. *l.1.§.5. de poſtul. l.2. ff. de R. J. l. 21. C. de Procur.* quod naturalem pudorem prohibere & contra ſexus verecundiam eſſe indicio ſunt *l. optimam.14. C. de contrah. & cōmit. ſtip. c. indemnitatibus.43. verſ porrò. de Elect. & Elect. poteſt. in 6. c.2 de jud. in 6.* Pet. Fab. & Martin. Benckend. *ad l.2. ff. de R. J. memb. 1.p.2.art.1.* Val. Max. *lib.8.c.3.* quod licet olim permiſſum fuiſſe exemplo ſive Carfaniæ, ſive Calphurniæ, ſive Cajæ Afraniæ doceri poſſit, attamen rei inconvenientia, impudentiæ ejus mulieri ſociata, prohibitioni anſam dediſſe videtur. *l.1. §.5 ff.*

de

de poſtul. id quod innuit etiam Special.Sax.*lib.2.art.63. in verb.* das verwircket jhnen allein Calphurnia, die vor dem Richter mißbarte vor Zorn/da jhr Will an vorſprechen nicht möcht fortgehen. Atq; ei prohibitioni tantū Imperatoriā ſanctione indultum eſt, ut contra juſtos fœminarum perorantium contemtores, nulla neq; pœna, nec pacti ulla exceptio, in omni agmine judiciali, frequentari debeāt. *l.fin.C.de recept. arb.* Et his ſanè rationibus, magis, quam ei, quam Magon.*in Cynoſ. Advoc.P.2.c.2.& 13.* profert, ſcil. ne Judex mulieris ſive venuſtate ſive loquendi dulcedine adficiatur, ſubſcribere velim. Mittit autem Judex ad eas officiales, in quorum præſentia jurare coguntur. *d.N.124.c.1.* Weſenb. *in tr. C. h.t.* Beuſt. *ad L 15.de Jurej.n.30.* Sciendum verò eſt id non in univerſum de omnibus Mulieribus, prout malè opinatur Alber. de Roſat. *in Comment.ad A.Principales.C.h.t.* accipiendum eſſe, ſed de iis ſaltim, quæ honeſtæ vitæ ſunt & notæ auctoritatis. *d.l.2. §.1. & d.N.124.c.1.verſ.ſi verò mulier fuerit, quæ propter honeſtatem vitæ extraneis viris ſe monſtrare non conſuevit.* Cujac. *ad N.124.* Weſenb.*d.n.8.*Coler.*d.deciſ.115.*Br.*in l. ad perſonas. n.3.ff.de Jurej.* Ut ſunt Matronæ. Sichar.*ad d.§.in omnibus.n.2.de R.C.*Rulant. *in tr.de Commiſſ.part.2.lib 2.c.5.n.16.*Farinac.*lib.3.t.8.q.77. n.224.* Notat tamen Obrech.*de Juram.Cal.c.10.n.23.*quod Mulieres per Procuratores vel Curatores ſuos Judiciarios, quos ad Litem Conſtitutos habent, durch jhre kriegiſche Vormündere/in judicio plerumq; Juramentum hoc præſtare ſoleant.

39. De Fine & Effectu, ut tractemus ordinis noſtri Inſtituti ratio exigere videtur. De Fine primum. Is autem eſt, ut cum Sacramenti hujus relligione, timore & perjurii metu contentioſorum hominum in Litium abyſſum & Labyrinthum nos facilè ducentium ſecuritas & contentioſa inſtantia retundatur. *in pr.& §.1.verſ.hac autem.I.de pæn. tem.Litig. l.1.in pr.verſ. nam ſacramenti timore. l.2.§.pen.C.eod.* Bl.*in l.1. prop.fin.C.eod.* Coler. *deciſ.117.n 8.*Vent.de Valent. *Parthen.Litig lib.2.c.6.n.16.* Cum enim hiſce præſertim exulceratiſſimis temporibus multi ſpurciſſimi Palpatores & vitilitigiatores calumnioſiſſimi reperiantur. Geil.*1. de P. P.c.5.n.3.* neceſſarium Legiſlatoribus viſum eſt, ut hujus juramenti vinculo

ne-

nequitia Ipſorum & inexplebilis litigandi cacoethia & lubido coerceatur. Lindem. *D. 10. ad Inſt. t. de pœn. tem. Litig. th. 3.* utque ſit dirimendarum controverſiarum remedium. *l. 2. §. pen. in fin. C. eod. arg. l. 1. l. 2. ff. de Jurejur.* omnis malitiæ forenſis everriculum, verſurarum forenſium & Litium Compendiũ. *d. l. 2. §. fin.* atque per illud veritas accuratiſſimè & commodiſſimè eliciatur. *c. 5. verb. ad eliciendam veritatem. ubi gl. extr. h. t.* Anton. Del Re Tiburt. *in d. tr. c. 4. n. 6.* & ut paucis multa complectar, quò Calumnioſæ Lites omittantur, partes probationibus exonerentur, veritasq; cauſæ manifeſtetur atq; in apricum deducatur. *N. 46. c. 3.*

40. De Effectu dicendum jam eſt, quod brevi penicillo & quaſi per Saturam exequemur. Conſiſtit autẽ is in eo, quod Calumniæ ſuſpicionem ceſſare faciat deinceps. Utraque enim Litigantium pars calumniam evitat, & bonâ fide vel Litem ſuſcepiſſe vel reſtitiſſe præſumitur. Vallenſ. *in. π. Decret. h. t. §. 4. in fin.* Unde de præſtiti Juramenti veritate diſputatio nulla ſuſcipienda eſt, Obrecht. *in d. tr. c. 12. n. 3.* Ilic. Um. *D. ad Proceſſ. Judic. 12. th. fin. n. 51.* Quod tamen cum grano ſalis adcipiendum eſt, tamdiu donec de Ipſius commiſſo perjurio non conſtat. Si enim de eo conſtiterit, nihil obſtat, quominus de Calumnia quæſtio inſtitui poſſit. Umm. *d. loc.* Vallenſ. *d. loc.* Quocirca ejusmodi pejerans Calumniator, non tantũ Deum, quem pejerando præmodum & gravius offendit, habet ultorem. *l. 2. C. de R. C.* Pantſchm. *de contr. Locat. Conduct. q. 10. n. 136.* ſed & torturam ſpiritualem patitur Barthol. Socin. *conſ. 253. col. 1. circ. fin. lib. 2.* Wilhelm. Anton. *de Reſcript. Morat. concl. 30. n. 47.* ut propriorum manium anticipatione pœnam perjurii ſæpiculè luere cogatur. Joach. Schultz *in Synopſ. Jur. Univ. vol. 1. notab. 24.* atq; etiam aliis & competentibꝰ pœnis ſubjugandus eſt. Dn. D. Arum. *h. m. D. 11. ad π. th. 7.* Ampliſſ. Dn. D. Ungepaur *Exercit. Juſtin. 15. q. 3.* Herman Gœhauſ. *part. 1. peric. 7. q. 54.* Menoch. *A. I. Q. caſ. 319.* Covar. *in relect. c. quamvis pactum. de pact. in 6. tom. 1. §. 7. de perjur. n. 10.* Bronchorſt. *2. aſſert. 25.* ut Fuſtigationis. *l. ſi duo Patroni. 13. §. fin. ff. de Jurej. l. ſuſtibus cæſum. 16. C. ex quib. cauſ. infam.* quæ LL. propriè de Calumniatoribus agunt. Joh. Bapt. Bajard. *in addit.*

ad Jul.Clar.recept.ſent.§.perjurium n 7. Item infamiæ. *l. ſi quis maior.41 C.deTranſact.l pen.C.de dignit.lib.12.N 77.§ & quoniam.* & extraordinariâ. *gl. & Dd.in l.fin.ff.ſtellion. l 2.C.de R.C.* Fichard. *tom.2.conſ.118.n.5.* Johan.Ruding. *3. O.56.n.2.* Quin & lingvam Ipſis abſcindi quandoque ſolenne & uſitatum fuiſſe refert Harmenop. *lib 1 tit.7.ex* N. Leon. & Conſtant. Georg Barſchamp *in rad. Clauſ.c.30. de Juram. Corporal. §. 2. n.32.* Sicut nunc & hodiernis moribus perjuro manus vel duo digiti, quib. juravit, amputari ſolent. Carol.V. in der P.H.G.O. *c.107.108. 299.* & Ordin. Elect. *part.ult.conſt.ult.gl.Saxon.art.9 lib.3.* Weſenbec. *in π. ff.qui ſatiſd. cog. n. 10. in fin.& C.h.t.n.11.* Juſt.Meyer. *in Colleg. Argentor.ad tit.de Jurej. th.33. in fin.* Unde receptum eſt, ut in Juramenti præſtatione duas digitos, intellige Indicem & Medium elevare cogantur. Weſenb. *in π.ff.de Jurej.n 6.* Johan.Ruding *3.O.56.n.2.* Barſchamp. *d.c.30 in pr.n.14.* Pingiz. *in decad.quæſt.Sax. q. 47.n 2.* quo & pœnæ hujus admoneantur atq; ea eò convenientius à perjuris exigi poſſit. Monet tamen Ant. Del Re Tiburt. *in d. Tr.c.23.n.4.* Judices, ne ita faciles & proclives ſint ad recipiendum querimonias & inquirendum de ſimilibus perjuriis atque Calumniis, niſi cum partis querimoniâ alia ad inquirendum & proceſſandum indicia non vulgaria & urgentia concurrant.

41. Alterum Effectum ponunt in eo, ut præſtans hoc Juramentum excuſetur ab expenſis. Fr. Marc. *deciſ 776. n 5.* Alex *l. ait Prætor.ff. de Jurej.* Tiraq. *in tr.de pœn. cauſ. 51. n. 112.* Hammel. *in Com.de Act.c.39 n.7.* Contrarium tamen & omninò diverſum inculcant gl. *in c.finem Litibus. 5. de dol. & contumac. & ibi* Abb. *n.21.* Gothofr Schardtius *in Proceſſ Judic.c.de expenſis.n.2.* Anton. Del Re Tiburt. *c.22. de tr.n.4.* Covar. *tom. 2. quæſt.Pr.c.27.n.1.* Et ita totum mundum tenere dicit Salic. *in l.3.in fin.C.qui adcuſ. non poſſ.* Quorum ſententia à veritatis & Juris tramite non aberrare videtur. Certum namque eſt, nec negari poteſt, illum ad expenſarum refuſionem teneri, qui temerario auſu vel ſuſcepiſſe vel reſtitiſſe convincitur. *l.eum quem.79.ff.de Judic.* Aliàs enim rarenter in expenſarum reſtitutionem quis condemnaretur, cum ſemper de calumnia jurari neceſſum ſit. Ilic Umm. *ad Proceſſ.D.12.th.fin.n.51.* Hinc

Br-

Br. Legum Coriphæus, & Phœnix, cujus ſcripta LL.Dd. nervos & Sibyllæ ſolia dicere ait Claud. de Battandier *in tr. de parent. & fratr. art.1.n.2. ad SCt.Turpill.* rectè monere videtur, ex Ipſis Actis potius colligendum eſſe, an aliquam litigandi cauſam vel Actor vel Fugiens habuerit, & an hic vel Ille in expenſas condemnandus veniat. Si itaque ex actis adparuerit nullam litigantis intervenisſe temeritatem, juſtè litigiũ ſuſcepiſſe videtur. Aliâs ſi evidens probetur vel temeritas vel jurantis Calumnia tunc iſto caſu ejusmodi Juramenti præſtatio non relevaret & excuſaret. Ant. Del Re Tiburt. *c. 22. d. tr.*

42. Et tantum de Effectis quibusdam. Omnes enim Effectus referre jam nec inſtituti noſtri ratio permittit. Adfinia reaſſumemus, paucula de iis dicturi. Adfinitatem autem cum Calumniæ Juramento noſtro habere videtur, Pecuniaria illa olim uſitata & recepta pœna, quando Decima litis pars cauſa cadenti Actori vel Reo devicto imponebatur *pr. & §. Ecce enim 1 I. de pœn. tem. Litig. N 112.c.2.* Cujac. *7.O. 5.* Heinrich. Klock *de I. Vectig. tb. 68 L.A.* quam tamen nec hodiè frequentari notum eſt. In hujus tamen pecuniariæ pœnæ locum condemnationem in expenſas & Litis damna ſucceſſiſſe videmus. Reus namque, qui ſine cauſa contradixit, & Actor, qui temerariam litẽ moviſſe cognoſcitur, in haſce expenſas condemnatur, etiam ex officio Judicis, quamvis idipſum petitum non eſſet. Mynſ. *4.O.55.* Schneidew. *in Apoſtill. ad Cod. t. de Judic.* Dn. Carpz. *in Pr. Forenſ. p. 1 C. 31. d. 20.* præcipuè ſi Actor petierit, debitam ſibi juſtitiam & jus adminiſtrari. Wilh. Lud. *ad π.* Weſenb. *t. de Jurej. n. 10.* Siquidem hunc Effectum Clauſulæ huic ſalutari attribuunt, ut Ipſe Actor omne jus ſuum, qualitercunque competens petiiſſe videatur. Jaſ. *in §. omnium. I. de Action.* Magnif. Dn. Ordin. Theodor. *in Colleg. Cr. D. 10. th. 4. L.O.* Sic enim Judicis officiũ pars imploraſſe cenſetur non ſolum ſuper Principali, ſed etjam ſuper acceſſoriis Mynſ. *2 O. 22 & 4. O. 55.* Gail *1. O. 151. n. 21.* Et talem ſtylum & communem obſervantiam in Supremo Cameræ Imperiali Judicio obtinere ait Mynſ. *d. O. 55. n 7* Ad-

tumaciam, vel ob victoriam, quam altera pars reportavit & & obtinuit. *l. properandum 13 l. ſancimus. 15. C. de Judic*, Geil. *1. O. 60. n. 9.* Hoc tamē obſervandum & notandum obiter eſt, Expenſas interdum ob juſtam, moventem vel probabilem certè ab utraque parte adparentem cauſam, aus beweglicher Urſache compenſari ſolere. *c. oportet 10. N. 82.* Geil. *1. O. 151. n. 23.* Carpr. *in Pr. For. p. 1. C. 31. d. 30.* Schneidw. *ad §. quadrupli 25. I de Act. n. 16. & ad §. 30. n. 40. eod.* Hammel. *in Com. ad Tit. de Act. c. 39. n. 12.* Vultej. *lib 2 I. R. c. 32. n. 16.* Specul. *tit. de expenſ § fin. circ. n. 21.* Panorm. *in c. finem Litibus. verſ. concludendo. de dol. & contumac.* Deinde veritatis Juramentum cum hoc noſtro cognationem quandam habere videtur. *c. 1. in pr. & §. fin. c. 2. de Jur. Cal. in 6. c. 54. ubi gl. verb. de veritate extr. de Elect.* Et plura Adfinia adſerri poterant, ni ad finem properaremus.

43. Contraria huic Juramento ſunt, Remiſſio Litigantium. Hinc enaſcitur quæſtio, An expreſſo partium conſenſu hoc Juramentnm remitti poſſit? Cujus quæſtionis negativa cum Jure noſtro fraternizare videtur. Siquidem Calumniæ Juramentum utilitatem concernit publicam, id eſt, non ſolum partis adverſæ commodum, ne Lites & jurgia protelentur aut multiplicentur, ſed etiam Ipſius Judicis utilitatem, utpote ne is fruſtra multis Litigiis defatigetur & præmodum moleſtetur. Geil. *1. O. 111. n. 4.* atq; ut ſic homines Litigantes putent ſe in Judiciis tanquam ſacrariis ad Judicē Deum ſiſti. Forner. *lib. 2. ſelect. c. 4.* Geil. *1. O. 84.* Obrecht. *c. 11. n. 7. de Juram. Cal.* Illa autem, quæ tangunt utilitatem publicam, adeoque juris publici ſunt, privatorum conſenſus nec pacta tollere poſſunt. *l. Jus Publicum. 38. l. inter debitorem. 42. ff. de pact. l. neq; pignus. 45. §. privatorum. 1. l. nec ex Pratorio 27. ff. de R. J. l. teſtandi cauſa. 13. C. de Teſtam.* in tantum, ut idē obtineat, etiamſi quædam Juris conſtitutio partim utilitatem publicam, partim verò privatam cōcerneret. Bl *in l. pen. & ibi* Dec. *n. 28. C. de pact.* Innocent. *c. accidentibus. ext. de privileg.* Abb. *c. cum acceſſiſſem. col. fin. extr. de Conſt.* Anton. Del Re Tiburt. *d. tr. c. 3. n. 9.* Quod verò non in privatam ſed communem & publicam utilitatem juramentum hoc adinventum ſit, patet *ex l. 2. §. 4. C. h. t.* Anton. Del Re Tiburt. *de tr. c. 3 c. 4. c. 15. n. 17.* Roſred.

ſred. Beneventan. *in quæſt. Sabbat. 9. n. 13.* Deinde Conventio hæc de Juramenti Calumniæ remiſſione, contra bonos mores eſt. , Is enim, qui hujus Juramenti gratiam petit, calumniandi animum habere præſumitur. Reub. *in tr. de Teſtib. part. 3. n. 59.* Pactum autem contra bonos mores aut Ipſam publicam honeſtatem tendens non toleratur. *l. 7. §. pacta. §. ſi paciſcar. de pact.* proinde dicendum eſt Juramenti hujus remiſſionem expreſſam fieri non poſſe *c. 1. §. 1. de Juram. Cal. in 6. gl. in l 1. § 1. h. t.* Althuſ. *in Dicæolog. lib. 3. c. 52. n. 39.* Martin. Nigrin. *de proteſtat. ad verbum denunciatio. n. 36.* Marant. *p. 6. de Jurej. n. 2.* quamvis contraria ſententia & adfirmativa in Judiciis prævaleat, prout teſtatur Weſenb. *in pr. C. h. t.* Schneidew. *in fin. I. de pœn. tem. Litig.* Quin autem tacitè illud remitti poſſit propter *c. 1 § propter. de Jur. Cal. in 6.* non dubitatur. *l. Jusjurandum. 34. §. qui Jusjurandum. 4 ff. de Jurej.* Pruckm. *conſ. 38. n. 1.* Albert. Galleot. *in aur. Margar.* quem allegat Joſeph. Maſcard. *de poſit. c. 15. n. 6.* Ad hoc enim ut præſtetur Juramentum Calumniæ petitio partis adverſæ neceſſaria eſt. *arg. l. de pupillo. 5. §. qui opus. 14. ff. de O. N. nunc. l 34 § 4. verſ. ſi hoc exigatur. de Jurej.* Itaque ſi remiſſum tacitè eſt, omiſſio hujus actum non vitiat. Roger. *in tr. de Proteſtat. § 6 n. n. 11.* Quanquam enim plerique Dd. largiantur Juramentum hoc de ſolito ordine judiciali, de ſolemnitate, forma & Judicii ſubſtantia eſſe. Geil. *1. O. 84.* Marant. *in ſpec. part. 6. n. 2. de Jurej.* tamen hoc tunc demum verum eſſe arbitrantur, ſi exactum id ipſum fuerit, ceu pluribus explicat Ant. Del Re Tiburt. *in d. tr. c. 7. n. 7. & ſeqq* Unde Sichard. *ad pr. t. C. de Jurej. prop. cal. n. 11.* Menoch. *1. A. Q. 20. n. 6.* inſtruunt Advocatum, ut poſtquam ſemel petiit Juramenti Calumniæ præſtationem, ulterius petendo non inſiſtat; ſic enim ſi ſententia contra Ipſum lata fuerit, poterit de proceſſu querimoniam inſtituere, eundemque arguere. Sed quia talis petitio non bona fi-

44. An autem Conſvetudine & ſtatuto remitti & introduci poſſit, ne Juramentum hoc præſtetur, ultimo loco disquiremus? Quod negant Del Re Tiburt. *c.11.n.4.d.tr.* Coler. *deciſ.117.n.6.* Rationem adſignat Geil. *1.O.85.n.4.* quia Juramentum Calumniæ Juri publico innititur, ejusque contemplatione introductum eſt, ut fraudes evitentur, & ne veritas occultetur. *d.l.2.§.ſed quia veremur.C.b.t.* atque adeò, ut Calumnioſa in Lites facilè proruentium iniquitas audaciaque religionis metu injecto compeſcatur. *l.1.in fin.C.b.t.* & ne Judices fruſtraneè fatigentur, aut Lites in infinitum multiplicentur, prout etiam ſup. monuimus. Vasq. *2. Controv. uſufreq.25.n.7. & 1.Illuſt.qq.31. n.44.* ne, inquit, facultas ſtatuendi convertatur in Ipſorum Municipum læſionem, dum remoto hoc omnia Litibus ſcaterent. Obrecht. *d.tr.c.11.n.20.& ſeqq.* Geil. *d.loc.n.3.& 4.* Ideoque conſvetudo Contrarium disponens, tanquam publico favori derogans irrationabilis cenſenda eſt. Dn. D. Arum. *b.m.2. Deciſ.11 n.10.* Id tamen uſu & moribus Saxonicis non obſervatur. Weſenb. *in 7.C.b.t.in fin.* Schneidew. *ad §.fin. I.de pœn.tem.Litig. gl.* Lehnr. *c.88.* Coler. *d.deciſ.n 10.* Qualem uſum ex Socini præclara doctrinâ *in c.cæterum.n.11.b.t.* Ob hominum improbitatem & perverſitatem Dd. valere arbitrantur. Setſer. *D.36. ad Inſt.Jur.theſ.2.L.F.* propterea, quod hâc noſtra ætate & peſſimo ſeculo magê de Calumnia committenda, quam evitanda jurent Litigantes, atque hinc tantâ facilitate & levitate, hoc juramentum paſſim in Judiciis, tam à Partibus, quàm earum Procuratoribus præſtetur, ut planè in contemptum Juramenti hujus relligio abiiſſe videatur. Quod Bl. quoque *in l.ſi poſt perfectum.n.1, C.de Evict.* annotaſſe conſtat. Juramentum, inquit, Calumniæ hodiè ne obulo quidem æſtimatur, quia facti ſumus oſores Dei atque relligionis. Pro ſtabiliendâ hâc ſententia facere videtur *l quæ ſub conditione. 8.ff. de condit. inſtit.* ubi ſcribit Ulp. JCt. quod nonnulli hominum faciles ſint ad jurandum contemptu relligionis. Unde ut tot perjuriis via præcludatur, dicendum eſt, ejusmodi conſvetudinem prægnanti rationi & ſatis firmæ innitentem ſubſiſtere poſſe. Lex quippe perjurii occaſionem non dare, quin potius, ubi illud extime-

ſci-

ſcitur, juramenti præſtationem prohibere debet *per l.2.§. quorum. C.de indict.vid. toll.* ne Leges aliquem in ſuo delicto auctorizare videantur. Lancellot. *de attentat p.2.c.12.limitat. 25.n.28.* Inſuper communis Dd. Schola opinatur Calumniæ Juramentum Principis reſcripto tolli poſſe propterea, quod ſit juris poſitivi. *arg.L Princeps.ff. de LL. & l. digna vox C.eod.* Cur non eam conſvetudinē præſertim eā, quæ maximè hominum memoriam excedit, qualem etiam vim privilegii habere notum eſt ex *l.1.§.fin.ff.de aq..pluv. arc.l.hoc Jure. §. ductus de aq.quotid.& æſtiv.l.1. C. de ſervit. & aq. c.1. de præſcript.in 6.* Chriſtoph.Ming. *de ſuper.Territ.concl.26.* Joh.Garſia *de Expenſ.& meliorat.c.9.n.20.* Jacob.Venent. *de ann.præſt part.2.n.4.* Unde longiſſima obſervantia comparatur veritati. D. Norinberg. *de J.Conſiſt. concl. 47.* & omnem ambiguitatem tollit. Alex.Raudenſ. *concl 17.n.44.* Perez.de Lara *1.anniverſ. c.5. n.49.* Et ita, quod uſu & conſvetudine introduci poſſit, ne Juramentum hoc præſtetur, Wittebergæ pronnnciatum & reſponſum eſſe ad Conſultationem Senatus Roſtochienſis refert Rauchb.*in quæſt.Jur.Sax.& Civ.p.1 q.9.n 6.* Quin & olim ſapientiſſimus Plato *dialog.12.de LL.* Jusjurandum nec à Litigatoribus exigendum, ne etiam, ſi jurare parati, ſuſcipiendum eſſe gravi ratione cenſuit. Sic ergò ceſſo

DEO TRIMEGISTO Immortales agens gratias.

COROLLARIA.

1. Advocatus non debet aut poteſt bonâ conſcientiâ promittere parti expeditum Litis eventum. Specul. *in t. de Advoc.§. nunc tractemus. verſ. caveat.* Lud. Myler. *tr. de Advocat.c.9.* Sebaſt. Medic. *de LL.& Stat.p.3.q.20.n.7.* Cothm. *conſ.14.n.511.* Cum ille non ſit in Advocato ſed in Judice. *c. ſi*

torem petebam nec obtinui. Et licet aliquis abundet juſtitia, tamen ſi Judici conſcientia abfuerit, parùm omninò Litigatori hoc prodeſſe ſolet. Gvev. *in H. Pr. lib. 3. c. 51. n. 658.* Qui ergò! Advocatus polliceri poterit parti felicem Litis eventum & victoriam? Cum non rarò plus ſoleat valere favor in Judice quam Lex in Codice. Dn. Arum. *D. 7. ad r. th. 10.* Dn. Finckelth. *D. F. 11. th. 17.* Hinc fit, ut multi etiam ſub juſto clypeo injuſtè cadant. Dan. Moller. *poſt* Bl. *& alios in Com. ad Conſt. Sax. p. 2 conſt. 19. n. 52.*

2. Patronus quamvis ſeipſum ad Eccleſiam aliquam vacantem præſentare non poſſit. *c. per noſtras 26. extr. de I. Patron.* Marc. Anton. Cuch. *Inſt. I. Can. lib. 2. t. 9. verſ. non tamen credat.* Paul. de Citadin. *part. 6. art. 3 89. 90.* Roch. de Curt. *rubr. de Iuſtit. Epiſc. compet. n 20.* Filium tamen Pater Patronus præſentare non prohibetur propter *text. in c. dilecto. 25. extr. de Præbend.* Joh. Nicol. Delphin. *lib. 2 de J. Patron. n. 105*, Reink. *de R. E. c. 9, c. 29.* Dn Finckelth. *de J. Patron. c. 6. n. 31.*

3. Si quis in Perſona erraverit puta occidit Titium, cum Sempronium vellet, quæritur, an L. Cornel. pœna, adficiendus ſiet? Quod adſeveramus propter *l. 18. §. 3. ff. de Jurei. l. 11. qui cum telo. 7. C. ad L. Corn. de Sicar.* Conſt. Elect. *6 p. 4.* Nam non neceſſum eſt in eandem perſonam atque idem corpus concurrere tam Animum, quam occidendi propoſitum; Sufficit enim hominem eſſe interemptum ab eo, qui hominis voluit eſſe occiſor: quia error, qui non eſt in propoſito, ſed in objecto tantum excuſare non poteſt, præſertim cum in cujusque perſona homicidium prohibitum eſſe reperiatur. Ideoque non refert quis occidatur, modò occidendi animus, licet non hunc, alium tamen præceſſerit. Zieriz. *in not. ad Conſt. Cr. Carol. 5. art. 146.* Bach. *in Not. ad Tr. v. 2. D. 32. th. 6. L. A.* In quam ſententiam & J. Clar. *in §. Homicidium. n. 6. lib. 5. ſent. recept.* inclinare videtur, ubi dicit. Sed certè ego, ſi caſus talis contingeret, Illi facerem caput amputari. Atque ita M. April. Anno 1634. in Scabinatu Jenenſi pronunciatum eſt.

4. Hujus ſeculi vitio non rarenter à JCtis proponi ſolet quæſtio: An ebrius aliquem interimens Ordinariam

L.

L.Cornel. pœnam perpeti debeat? Quod communis Dd. Schola & rectè quidem inficiatur propter *l.omne delictum. 6. §.per vinum.7.ff.de re milit. l. perſpiciendum. 11 §.delinquitur 3.ff. de pœn. l. un. C.ſi quis Imp. maled. l. milites 12. in pr. ff. de Cuſtod. reor. c. inebriaverint Lotb.c.ſanè. 15. q.1.* Gœhauſ.*p.2.qq.Acad.peric.6.q.38.* Cum enim ebrius furioſo comparetur & Mortuo *c.venter.diſt.35.* isque dolo, peccandi propoſito & voluntate deſtituatur, ſine qua delictum non punitur §. *Furioſus. J. de Inutil.ſtip.l.furioſi.de R.J.* Dn. Arum. *Exerc.12.q.8.* mitiori ſaltim pœnâ pro arbitrio Judicis puniendus venit. *l. proſpiciendum.11. ff. de pœn.* Reink. *de R.S.lib.2.cl.1.c.8.* Matth. de Afflict. *in Conſt.Neap. rubr.13.de homicid. puniend.n.17. lib.1.* Tiraq. *de pœn.cauſ.5.n.10.* P.Peck. *in c.18.de R.J.in 6.*

5. Magiſtratus officii ſui Limites tranſilire non debet. Unde ſi quem injuſtè læſerit, & indebitè in carcerem conjecerit, & quidem odio privato, rectè actione injuriarum conveniri poteſt *l.32.ff.de Injur.arg.l.29.§.7.ff.ad L. Aquil.* Weſenb. *in π.de Injur.n.5.* Utut enim carcer legum verbis non infamet, captura tamen perſonæ injuriam continet, atque ejus exiſtimationem, honorem & dignitatem ſuggillare & minuere videtur. *arg.l.1.de exhib.& cuſt.reor.* Cum in cuſtodia detentus quodammodò liberâ voluntate privetur, adeoque in ſervitute eſſe exiſtimetur. *l.2.ff.de hom.Liber.exhib.* Unde carcer mala manſio nominatur. *l.7. pr. ff. depoſ.* Cujus ferè non minor metus, quam mortis eſſe debet. *arg.l.7.§.1.quod met. cauſ.* Rauchb. *part.1.q.Jur.Civ. & Sax.q.48. n.7.S. & q.49. n.6. & 15.*

6. Ruſticis & Plebeis Feuda concedendi facultatem denegare non poſſumus, cum & hos rerum ſuarum moderatores & Arbitros eſſe conſtet JCtiſſ. Dn. Ungep. *in tr. I. F. part.ſpec.c.2.* Dn. Arum. *D.F.3.th.17.* Hattyſ. *in Anal.I.F.c.5.L.Q.* Schrad. *de Ff.c.1.n.57.p.4.* Diſſent. Loriott. *in Com.F.tit.de hu qui Feud.dar.poſſ.in verſ.Marchio.* Fachin. *7 Contr.74.* Niell. *D.2.*

nõn perfecerit, juris explorati & indubitati eſt, *c. quia ſupra. verſ. idem ſi fidelis. 1. F. 5. c. Sancimus. §. fin. 1. F 21.* Borch. *de Ff. c. 8. n. 92.* Quod rectè etiam extenditur ad eum caſum, ubi luxurioſè & turpiter Uxorem Domini ſui oſculatus fuerit. Borch. *d. c. 8. n. 98* Roſenth. *de Ff. c 10. concl. 28. n. 1.* quia perrarò accidit conſtare de oſculis luxurioſis abſque ſuſpicione adulterii. *arg. c. nec aliqua. 4. 27. q 1.* Merend. *Controv. Jur. lib. 6. c. 14. in fin.* cum Baſia ſint Veneris prælúdia & arrha quædam & præparatio rei venereæ. Dn. Finck. *D. 10. F. th. 10. L. B.* Mynſ. *decad. 1. reſp. Jur. reſp. 1. n. 22.* Unde mulier ingenua amplexus Urſarũ potius, quam alieni viri ſuſtinere jubetur. Plutarch. Idem etiam dicimus, ſi Amatorias Litteras Vaſallus ad Domini uxorem miſerit, aut munuſculorum illecebris pudicitiæ illius Zonam ſolvere aliiſque ſtrophis & dulcoratis verbis ad expugnandum caſtitatis caſtrum uſus fuerit. *arg. d. verſ. Item ſi fidelis.* Bocer. *cl. 4. D. 17. th. 44.* Rittersh. *in part. F. 6. 5. q. 46.*

8. Vaſalli officium eſſe ſuppeditare Domino ſuo egenti alimenta Juris eſſe exiſtimamus, quia Vaſallus Dominum ſuum ſervare incolumem. *c. in Epiſtola. 2. F. 6.* & in neceſſitatibus Ipſi præſto eſſe debet. *c. ſi de Feudo. ſ. licet. 2. F. 26.* Inter neceſſitates autem quin primum obtineat ſubſellium egeſtas & fames propter *l. 1. C. de oper. libert. l. 2. C. de patr. qui fil. diſtrax. c. 3. extr. de furt.* nullus fluctuo. Eſt enim fames, quã nihil miſerius, cum omnium rerum clades & acerbitates ſuperet. Joſeph. *lib. 6. de Bell. Judaic. c. 14.* animi tormentum, corporis labes, Magiſtra peccandi, diriſſima neceſſitatum, deformiſſima malorũ, ut ex Quintil. tradunt Borch. *in Conſvet. F. c. 8. n. 67.* Rittersh. *lib. 2. c. 1. q. 40.* Rectè itaq; dici poteſt Vaſallum teneri ad Alimentorum præſtationem Domino egenti. Quorum tamen præſtationem pro Feudi modo & quantitate modificandam eſſe arbitramur. *arg. d. l. 5. § alimenta. 9. c. adhoc. ibi: aut pro quantitate feudi. 2. F. 54.* Dn. D. Finckelth: *D. 9. F. th. 19.*

9. Vivente adhuc Romanorum Imperatore Regem Romanum creari poſſe ſtatuo cum Dn. D. Arum. *p. 1. Diſc. ad A. B. 2. th. 13.* Rumelin. *ad A. B. Diſſ. 2. part. 1. th. 9.* Limnæ. *in J. P. tom.*

tom.1.lib.2.c.15.n 28. Anton. Coler. *de J. Imp. Germ. th.8.* Magnif Dn. Hortledern *lib.3. de cauſ. Bell. Germ. c.13.*

10. Civitates Imperiales, cum ſtatus Imperii ſint, & ad comitia vocentur, Magnif. Dn. D. Bertram. *de Comit. th.44. & th.46.* Bruning. *de variis univ. ſpeci. th.38.* votum illis denegandum non eſt. Knich. *in velitat. Apolog. n.127. & in Comment. in Jus Sax. verb. Ducum c. 2.* quod tamen Conſultivum nec deciſivum hodiè eſt. Dn. D. Arum. *p.m. in tr. de Comit. c. 7. n. 147*

11. Sereniſſimi Saxoniæ Ducis-Electoris privilegium de non appellando quin cæteris quoque Saxoniæ Ducibus Illuſtriſſimis competat, nulli dubitamus cum Dn. D. Arum. *Diſc. 4. ad A. B. th. 15.* Anton. Coler. *de J. Imp. Germ. th.21.* Zinzerling. *in D. de appell. concluſ. 72.* Buxdorff. *ad A. B. Carol. IV. Concl. 94.*

Clariſſimo

Domino DOCTORANDO, Amico & Conſalino

meo pl dilecto.

QVid valeant humeri fortes, quid brachia poſſint
Noſtro oſtenſa choro tmemata docta notant.
Exeris en validos, Jova adjutante, lacertos,
Diſpellis forti tela parata manu.
Adſpicit hanc oculis pugnam Themis aurea blandis,
Et vincire comam fronde virente parat.
Numen te fauſtis ditet ſucceſſibus, opto
Fibritus, & votis uberiora ferat.

ex animo gratulor

Ortholphus Fomann, D. & P.

QVæ Juramenti *natura* Calumniæ, *& atræ*
Exſtingui ut litis fervida flamma queat,
Clare doces Krulli: *præclara hæc auſa ſequentur,*
Quæ ſuprema dari juſta brabea queunt.

QVem meruere tuæ virtutes, Optime Krulli,
hic tandem meritis cedet, opimus Honor.
Omnibus antè tamen videare ut dignus, agonem
hunc quoq; ſuſtine as: tùm benè Victor eris.
Quod Frater Fratri devota mente precatur,
hoc claris auſis comprecor ipſe tuis.

Clariſſimo Dn. Doctorando
amico meo fraternè co-
lendo gratulationis ergò
adjeci
Juſtinus Schelhaſe D.

UT fremat & frendat Mavors inſanus ubiq;,
horriſonumq́; edant tympana rauca ſonum:
Cordati tamen efficiunt, ne jura ſileſcant,
inq́; armis mediis vivat ut alma Themis.
His Te, jure tuo, adnumero Clariſſime Krulli,
quem gnavum Myſtam Juridicina colit,
& parat æterno contextam flore corollam,
quæ pulcrè meritas ornet amœna comas.

Lmq́;

CLariſſimo Dn. Doctorando
Amico honorando F.
Johannes Michael Dilherrus,
P. P. Colleg. Philoſ.
p. t. Decanus.

FINIS.